TERENTIUS CHRISTIANUS

COMOEDIÆ DUÆ

Terentiano stylo conscriptæ;

Ad usum Scholarum seorsum excusæ.

TOBÆUS.

JUDITHA.

His accessit Pseudostratiotes, fabula jocosa ac ludicra.

Autore CORN. SCHONÆO.

CANTABRIGIÆ,
Ex Academiæ celeberrimæ typographeo. 1632.

Ad Lectorem.

PVerum (ut inquit Lilius, apud Anglos Grammaticus non ignobilis) *nil nisi pura decent.* In Terentio est pura oratio, materia verò utplurimum impura: nec mirum. Quid enim aliud à miſello Ethnico, verum Deum veræ puritatis fontem ignorante, expectare potuis? Operæ pretium itaq; fecit Schonæus, vir doctiſſimus, qui in gratiam Chriſtianæ pueritiæ, materias caſtiores purâ Terentii phraſi veſtiverit, ut pueritia unà cum orationis elegantia, morum quoque ſanctitatem & probitatem imbiberet. Pauca autem delibavimus, quia in hoc genere pauca ſufficere videantur. Apocrypha verò ſelegimus, non quia ſanctiora aut veriora, ſed quia luſibus apriora judicamus: imprimis Tobæum & Juditham, quorum utrumq; doctus quidam Theologus ſacrum potiùs poema, quàm hiſtoriam, appellandum arbitratur. Notum eſt præterea & vulgari ſermone tritum proverbium, *Non eſt bonum cum ſanctis ludere.* Quid autem Scripturis canonicis divinitus inſpiratis auguſtius & ſanctius inter homines inveniri poteſt? His itaque addere, detrahere, omittere, ſermones & perſonas affingere, & hujuſmodi, quæ poetica licentia poſtulat, nonnullis, quos temerè offenſos nolumus, religio eſt. Nam quæ in his libris vel falſa, vel dura, vel impura videri poſſunt, ea pierum præceptorum prudentiæ relinquo. Vale, Lector amice, & iſta vel omitte vel fruere bono tuo.

Actorum nomina.

TOBÆUS, ſenex.
TOBIAS, Tobæi filius.
MYDA, Tobæi puer.
ACHIOR, ÆGIO, NABATHUS, } tenuioris fortunæ homines.
RAPHAEL, genius adoleſcentis formâ indutus.
ANNA, Tobæi uxor.
SARA, puella.
RAGUEL, Saræ pater.
EDNA, Raguelis uxor.
PHÆDRA, MYRRHINA, } Ednæ pediſequæ.
SOSIA, Raguelis ſervus.
LYCHAS, Raguelis puer.
GABEL, ſenex.

PRO-

¶ PROLOGUS.

Trimetri.

Salvete Spectatores candidissimi,
Huc quotquot accessistis, actiunculam
Novam hanc vestrâ decoraturi præsentiâ:
Priusquam noster hic grex in proscenium
Se conferat, rogatos unum hoc vos velim
Maximopere, ut mihi, quæ ad hanc rem attinent
Pauca locuturo, paulisper dignemini
Accommodare aurem patientem ac benevolam.
Dum nuper hæc in lucem prodit fabula,
A malevolis quibusdam nostram industriam
Sentimus improbarier: qui ipsi tamen
Ignaviâ torpescentes, nullum suæ,
Quam ubique venditant, scientiæ specimen
Unquam edidêre; sed in canum mordacium
Morem, bonorum diligentiam suis
Convitiis, dicteriisq; identidem
Lacerant, nihil ipsi proferentes doctius.
Quorum ut minùs nos commoveat procacitas,
Vester candor, & humanitas facit: quibus
Si noster hic labor non improbabitur,
Abunde magnam consecutus gloriam
Mihi videar. Nam veluti à laudatis viris
Laudari, pulchrum glorioſúmque est; ità à
Malis culpari, aut illudi, pulchrum arbitror.
Facessat ergò iniquorum calumnia,
Illustrium facinorum individua comes:

Verum (ut innuit Lilius, apud Anglos Gramma-

NOTE

This volume
tight binding an
effort has been
duce the centres
result in

acade
microforms

e has a very
nd while every
n made to repro-
es, force would
n damage

pemic
ms

...ram inas vidua comes :

Ad Lectorem.

PVerum (ut inquit Lilius, apud Anglos Grammaticus non ignobilis) *nil niſi pura decent.* In Terentio eſt pura oratio, materia verò utplurimum impura: nec mirum. Quid enim aliud à miſello Ethnico, verum Deum veræ puritatis fontem ignorante, expectare poſſis? Operæ pretium itaq; fecit Schonæus, vir doctiſſimus, qui in gratiam Chriſtianæ pueritiæ, materias caſtiores purâ Terentii phraſi veſtiverit, ut pueritia unà cum orationis elegantia, morum quoque ſanctitatem & probitatem imbiberet. Pauca autem delibavimus, quia in hoc genere pauca ſufficere videantur. Apocrypha verò ſelegimus, non quia ſanctiora aut veriora, ſed quia luſibus aptiora judicamus: imprimis Tobæum & Juditham, quorum utrumq; doctus quidam Theologus ſacrum potiùs poema, quàm hiſtoriam, appellandum arbitratur. Notum eſt præterea & vulgari ſermone tritum proverbium, *Non eſt bonum cum ſanctis ludere.* Quid autem Scripturis canonicis divinitus inſpiratis auguſtius & ſanctius inter homines inveniri poteſt? His itaque addere, detrahere, omittere, ſermones & perſonas affingere, & hujuſmodi, quæ poetica licentia poſtulat, nonnullis, quos temerè offenſos nolumus, religio eſt. Nam quæ in his libris vel falſa, vel dura, vel impura videri poſſunt, ea pierum præceptorum prudentiæ relinquo. Vale, Lector amice, & iſta vel omitte vel fruere bono tuo.

Actorum nomina.

TOBÆUS, ſenex.
TOBIAS, Tobæi filius.
MYDA, Tobæi puer.
ACHIOR, } tenuioris fortunæ homines.
ÆGIO, }
NABATHUS, }
RAPHAEL, genius adoleſcentis formâ indutus.
ANNA, Tobæi uxor.
SARA, puella.
RAGUEL, Saræ pater.
EDNA, Raguelis uxor.
PHÆDRA, } Ednæ pediſequæ.
MYRRHINA, }
SOSIA, Raguelis ſervus.
LYCHAS, Raguelis puer.
GABEL, ſenex.

PRO-

¶ PROLOGUS.

Trimetri.

Salvete Spectatores candidissimi,
Huc quotquot accessistis, actiunculam
Novam hanc vestrâ decoraturi præsentiâ:
Priusquam noster hic grex in proscenium
Se conferat, rogatos unum hoc vos velim
Maximopere, ut mihi, quæ ad hanc rem attinent
Pauca locuturo, paulisper dignemini
Accommodare aurem patientem ac benevolam.
Dum nuper hæc in lucem prodit fabula,
A malevolis quibusdam nostram industriam
Sentimus improbarier: qui ipsi tamen
Ignaviâ torpescentes, nullum suæ,
Quam ubique venditant, scientiæ specimen
Unquam edidêre; sed in canum mordacium
Morem, bonorum diligentiam suis
Convitiis, dicteriisq; identidem
Lacerant, nihil ipsi proferentes doctius.
Quorum ut minùs nos commoveat procacitas,
Vester candor, & humanitas facit: quibus
Si noster hic labor non improbabitur,
Abunde magnam consecutus gloriam
Mihi videar. Nam veluti à laudatis viris
Laudari, pulchrum glorioſúmque est; ità à
Malis culpari, aut illudi, pulchrum arbitror.
Facessat ergò iniquorum calumnia,
Illustrium facinorum individua comes:

Quæ nunquam gliscit ac furit impotentiùs,
Quàm cùm se frustra niti intelligit: putes
Cicadam alis correptam. Sed quò nos rapit
Animi calor, dum malevolos ulciscimur?
Nunc quam sumus acturi cognoscite fabulam,
Ex mysticis vobis depromptam literis.
Non hîc amore demens adolescentulus
Pudenda coràm jactitabit crimina;
Nec fabulosus quispiam Deus, viri
Mentitus formam, amantem fallet conjugem;
Nec miles adversa ostentabit vulnera;
Nec servus argento emunget senem. Nihil
Horum nostra exhibebit Actiuncula:
Nil hîc profanum, aut ludicrum: verùm sacram
Piámque grex repræsentabit historiam.
Cui si quis attentas aures accommodet,
Multa in animo ipsi considebunt commoda.
Quapropter ut frequentes & alacres modò
Huc confluxistis, ità favete silentio:
Nè quid tumultûs inter vos ortum, gregem
Hunc nostrum scenicum interturbet. Hic puer
Quem conspicaminiexire in proscenium,
Vobis periocham recitabit comœdiæ.

Comœdiæ Periocha.

TOBÆUS operam humandis navans mortuis,
Deique sacro mancipatus cultui,
Visu spoliatur infelix: mox inopiâ
Periclitans, gnatum ad Gabelem in Mediam
Ablegat, repetitum pecuniam penes
Hunc quondam depositam. Qui in itinere comiti

Rap

Raphaëlis operâ ducit Saram, ſui
Auunculi gnatam unicam, uxorem: dein
Domum reverſus, ab eodem edoctus, patri
Amiſſum reſtituit viſum. Ædes gaudio
Præter ſpem objecto undiquaque perſtrepunt.

ACTUS I. SCENA I.

Tobæus, Myda.

Trimetri.

QVis te, Deus, cœli terræq; conditor,
Mortaliúmq; plaſtes, dignis efferat
Laudibus? & ad invictam tuam potentiam
Cacutienti non ſtupeſcat pectore?
Qui omni prior tempore ac ævo vetuſtior,
Cùm nihil in rerum natura jam exiſteret,
Cœlum, terræq; machinam meditullio
Aëris inhærentem, ſuóque pondere
Libratam, olim ex nullo creâſti ſemine.
Creatáque inſcrutabili prudentiâ
Porrò tutaris, conſervas, atque vegetas.
Ne ego ſtatim primis ab incunabulis
Te jure feci maximi: tibique me
Per omnia pater obſequentem præbui: &
Spretis calumniantium convitiis,
Tuo me totum mancipavi cultui.
Ad te ſacram veluti ad anchoram, Deus,
Humanâ deſtitutus ope, me confero.
Meorum tu laborum requies, tu unicum
In rebus deſperatis præſidium mihi:

Profectò inhumanus sim, ac caute durior
Adamantinâ, hominíque indignus cognomine,
Salutiferis tuis præceptis si velim
Præfractus adversarier. Nihil mihi
Dulce sine te: sed austera, insuavia,
Aspera, tetrica, amaráque videntur omnia;
Ni tu nostri misertus, ægritudines,
Crebrásque anxietates melle tuo condias
Quare ut longo cervus anhelans cursu, ac siti
Enectus, siccis inhiat undam faucibus;
Ità ad tuam, Deus, tutelam confugit
Gravi perculsa mens solicitudine: nec hinc
Unquam nisi refocillata revertitur.
Scaz. *Quid, obsecro, vita hæc habet voluptatis?*
Quid non potiùs laboris, ac molestiæ?
Quæ non pericula generi mortalium
Impendent, urgent, obruunt? Et quod magis
Dolendum, cùm omnis securi infortunii
Extra periculum nos positos maximè
Putamus, sæpe ab inopinato turbine
Prosternimur: risúsque in fletum, gaudium
In luctum, & in gemitum jocus convertitur.
Nec est quòd externa hîc exempla recenseam.
Abunde nobis talium superest domi.
Atque adeò varios ipsi perpessi sumus
Casus frequenter: tum, inquam, quando carceri
Inclusus, arctísque colligatus vinculis,
Infanda patiebar miser. Animum tamen,
Quamvis indignis tractatus modis, nunquam
Despondi: sed tuam, Deus, implorans opem,
Nè unquam quidem frustratus sum: adeò ut qui mi-

Præsens exitium molirentur, hi suis
Ipsorum pedicis irretiti, protinus
Tibi pœnas dederint. Atque hujus rei exemplum Scaz.
Nobis exhibitum est in Senacheribo, qui mihi Sept.
Infensus, quòd inhumata aliquot cadavera,
Immanibus turpiter objecta bestiis,
Misertus sub terra defoderam, statim
Et me, meámq; conjugem, & charum mihi
Filiolum jussit comprehendier. Quâ re Scaz.
Compertâ, sine mora solum vertens, manus
Furentis effugio. Ille mea amens diripit,
Ædésque nostras occupat. At vide, obsecro,
Quàm infeliciter hæc illi res successerit,
Et quem exitum ejus sortita sit immanitas.
Nefando demereri sibi dum crimine
Deum parat, agitatus infernalibus
Furiis, nati jam destinati victimæ,
Patrem trucidant impium. Atque ità scelerum
Vindex Deus commissum ulciscitur nefas;
Qui licèt ad puniendum sæpe tardiùs
Assurgat, effugiet tamen nemo nocens
Ejus flagellum: & longiorem sæpius
Acerbitate pœnæ compensat moram.
Ergò salutì qui suæ Dimet.
Velit consultum, omni Deum reverentiâ
Supplex colat, præceptísque illius obsequi
Indesinenter studeat: sic illi nihil
Unquam nocebit fraus calumniantium:
Ac impetentium mendacia facilè
Eludet, divinâ adjutus ope. Sed jam adid
Tempus est reverti, cujus unius gratiâ

In publicum hodie prodii. Quin filio
Potiùs dedam id negotî. Puer, hem, protinus
Accerse huc ad me filium. Myd. *Curabitur.*
Sed ubinam eum nunc esse existimas, heve?
Tob. *Apud matrem in triclinio. Ehodum propera.*
Myd. *Eo.*
Tob. *Jamjam aderit, opinor, ubi se hue intellexerit*
Ad me vocarier: adeò per omnia
Patri obsequentem sese præbuit hactenus. Oh!
Quemquámne hominem posse in animo instituere, vel
Parare, quid sit charius, quàm ipse est sibi?
Ego pol hoc modo me erga illum affectum sentio.
Septen. *Sed ostium à nobis crepuit, atque ipse exit foras.*

ACT. I. SCEN. II.

Tobias, Tobæus.

Ejusdem generis.

QVID? Hiccine patrem astare dicebas, Myda?
Sed eccum. Adibo. Ali pater, adsum: nunquid est
Per me curatum quod velis? Tobæ. *Probè facis*
Fili, quòd accersitus protinus advolas.
Accede propiùs, habeo quod mandem. Tob. *Impera*
Quod vis: quicquid præceperis, effectum dabo.
Tobæ. *Achiorem, Nabathum, atque Ægionem illum senem*
Septen. *Consanguineos nostros absque mora conveni: quibus*
Cum pauperie, sat scio, res est dami: dicéque me
Cupere, ut conviva hodie esse dignentur mihi:
Nihilque

Nihilq; cunctentur, sed protinus simul
Omnes ut adsint curent. Tobi. *Hem, fiet pater.*
Tobæ. *Gaudeo me jam indè ab adolescentia semper* Scaz.
Eo fuisse animo, ut nihil minùs putem
Perire, quàm quod in egenos confertur. At
Hæc uxori mecum non conveniunt: venit
Sæpe ad me clamitans, Quid agis Tobæe? cur
Rem omnẽ profundis? cur quod nos comparsimus,
Nostrum defraudantes genium, tu crebrioribus Sept.
Conviviis insumis? haud existimans
Quanto labore partum. *Et longè errat, meâ*
Quidem sententiâ, quæ, quod famelico
Tenuiorum ventri saturando impenditur,
Arbitretur perire. Mea sic est ratio,
Et sic animum induco meum; Qui egestate, Scaz.
Fame, aut siti periclitantium suis
Facultatibus opitulatur, Deum sibi,
Non hominem demeretur. Sed cesso domum
Reverti, ut quod opus sit futurum apparem.

ACT. I. SCEN. III.

Achior, Ægio, Nabathus, Tobæus.

Trochaici catalectici, partim septenarii, partim octonarii.

BENE profectò habet, quòd hodie me famelicum
Ad suum Tobæus prandium invitaverit.
Nam domi mihi culina frigido languet foco,
Vacuus crepitat inediâ venter, dentésq; pruriunt,
Stomachus latrat: vix quemquam puto fame magìs
Effractum. Sed nostérne hic est Ægio, procul
Huc quem adventare video? Est is ipsus: alloquar

Homi-

Hominem, ut quò properet intelligam. Salve Ægio.
Senar. Ægi. *Et tu tantundem Achior.* Achi. *Quid ità curris? aut*
Quónam tam præcipitì festinas gradu?
Æg. *Rectà ad Tobæum, qui me per filium modò*
Apud forum jussit accedere protinus ad prandium.
Achi. *Quid audio?*
Senar. *Huc & nos jejunis properamus faucibus.*
Ægi. *Optimè hercule factum. Oh! nunc demum soli-*
da videtur mihi (*audio.*
Hæc voluptas, cùm & te participem ejusdem fore
Sed quis iste? Nónne Nabathus? Aut ille est, aut
parùm (*spice*
Prospiciunt oculi. Achi. *Vide ut properet. Heus, re-*
Iamb. *Ad me Nabathe, est quod tibi dicam: paululum huc*
Digredere. Nab. *Non audio.* Ægi. *Res seria est.*
Nab. *Ah! desine* (*seriam*
Meum iter impedire, quando ad rem vehementer
Acat. 2. *Accurro, nempe ad convivium: & inanitate*
Intestina mihi jamdudum murmurant. Valete.
Achi. *Obtundis. Resiste: nos eôdem tendimus.*
Nab. *Alias res agitis.* Ægi. *Certè, resiste inquam.*
Nab. *Quò ergò mihi* (*rem*
Esse iter creditis? Ægi. *Ad Tobæum.* Nab. *Profectò*
Tetigisti acu: huccine sed & vos invitatos dicitis?
Ægi. *Sumus, ô bone.* Nab. *Quid hîc cunctamini igitur tam diu?*
Aut cur non rectà proceditis? Maturemus: mihi
Etenim venter inediâ ferè exhaustus est. Ægi. *Probè monet:*
Nam meus quoq; jampridem animus in patinis est.
Nab. *Commodè* *Ecce*

Ecce domo egreditur Tobæus. Salve plurimùm
Vir colende. Tobæ. *Amici ſalvete: hoc eſt gratior*
Veſter adventus mihi, quòd maturiùs ſimul
Omnes adveniſtis. Sed neſcio quid ſuſpicer,
Quòd nos ſolito convenitis infrequentiùs.
Nam quid eſt quod vos à noſtris ædibus avocet?
Nè celate, ut offenſæ medeamur. Achi. *Ah! tace*
Sodes, nemo eſt qui nos excipiat prolixiùs,
Lautiúſq;. Tobæ. *Quid cauſæ eſt igitur, quòd rariùs*
Hîc vos video? an quia non invitaverim priùs?
Ægi. *Iſthuc ipſum, mi Tobæe: pudet enim accedere*
Non vocatos. Tobæ. *Ah! quaſi qui ſim, nondum etiam ſatìs*
Perſpectum habeatis. An ignoratis bonos Senar.
Ad bonorum prandia vel ultro ſolere accedere?
Quapropter mittite poſthac pudorem inutilem:
Non ſolùm vocatis, at etiam invocatis hîc locum
Vobis ſcite paratum eſſe. Sed accumbamus. Puer,
Hem, cape guttum, ac manibus cedo aquam. Agite, prandium
Interim, dum de loco altercamini, corrumpitur.
Tu mihi dexter accumbe, Ægio; tu ſiniſter, A-
Tu Nabathe ex adverſo ſedebis commodé. (chior:

ACT. I. SCEN. IIII.

Tobæus, Ægio, Nabathus.

Trochaici catalectici, ſenarii, ſeptenarii, & pauci octonarii.

ANtequam amici hiſce dapibus corpuſculum
Reficiamus, primùm divina in nos munificentiæ
Gratias agamus: nè, dum temporario

Paſcitur

Pascitur corpus cibo, mens dignior
Et potior nostrî pars contabescat, à Deo
Destituta. Ægi. *Sapienter, piéq; mones Tobæe: nam*
A precatione convenit convivium
Auspicari. Tobæ. *Exordiar igitur. Pater*
Cœlestis, qui pane quondam ex æthere
Demisso majores nostros inediâ periclitantes
Acat. *Affatim largéq; omnes saturâsti: oramus, ut cibum,*
Quem tuo beneficio sumpturi sumus,
Nobis esse salutarem velis: quo, corpore
Simul & animo, ità refocillemur, ut post hanc brevem
Et fragilem vitam, tuo cœlesti nectare
Iamb. *Tecum perpetuò contingat epularier.*
Convi. *Amen.* Tobæ. *Agite cognati charissimi, satìs*
Jam moratũ est: quisq; arripiat quod palato maximè
Sapiat: hunc quid armum ovillum dissecare veremini?
Quisq; sibi persuadeat domi se esse suæ. Nab. *Sedulò*
Operam navamus Tobæe: apud mensam etenim neminem
Convenit verecundari: namque in hoc apponitur
Quicquid infertur, non ut oculos pascat, sed ut
Esurientem placet stomachum: quin inutilis mihì
(Nè quid simulem) semper visus est pudor,
Iamb. *Dum præstò est, quo ventrem exatures famelicum,*
A cibo jejunis temperare faucibus.
Tobæ. *Æquum dicis: at interim tuus quid cessat*
cantharus? (*saluti sit precor,*
Nab. *Ægio, hunc tibi præbibo cyathum.* Ægi. *Ut*
Mi Nabathe. Tobæ. *Ecquid tibi hoc villi sapit?*
Nab. *Nunquam, ità me Deus amet, gustavi meracius.*

Tobæ.

Tobæ. *Hem, quidnam sibi vult hic præceps filii*
Interventus? Quàm vereor nè quid mali
Nunciet! & nescio quid infortunii Iamb.
Animus præsagiat mihi.

ACT. I. SCEN. V.

Tobias, Tobæus, Achior.

Ejusdem generis.

——HEU pater! non ità procul (deliter
Hinc reperi quendam ex consanguineis nostris cru-
Interfectum. Tobæ. *Hem fili, quid ais? occidi.*
Facilè divinabam fore, ut hujus prandioli breve Iamb.
Gaudium ægritudo aliqua interturbaret: nihil
Adeò in rerum natura reperias prosperum
Ac beatum omni ex parte. Experior verissimam
Tandem esse Amosi vatis sententiam
Illam, quâ monet, nè rebus elati prosperis
Genio indulgeamus: namque hoc insolentiæ
Crimine Deum irritatum, mutaturum brevi
Conditionem rerum, próque lætis tristia
Suppeditaturum. Sed nè nos debiti
Obsequii oblivisceamur, præstiterit surgere,
Ut amici cadaver à ferarum morsibus
Vindicem, ac sepeliam. Achi. *Pol nè feceris*
Si sapis Tobæe, nisi te præsens in periculum
Conjicere malis, quàm edicto Principis
Obsequi. Tob. *Facessant regis crudelissimi*
Imbelles minæ: magìs stimulant cœlestia
Me Dei præcepta; quibus præstiterit obsequi,
Quàm impiis tyranni constitutiunculis.

Sed

Sed nihilo minùs vos, dum adsum, pergitè
Interim appositò non parcere cibo. Mox simul
Ac consanguinei perempti corpus publicâ (nus.
E via clàm ad nos protraxero, huc recurram protinus.

ACT. I. SCEN. VI.

Nabathus, Achior, Ægio.

Ejusdem generis.

QUAM vereor miser nè sibi perniciem exitiúmque adferat
Hic homo, dum nimiùm præfractus suæ
Neminem patitur refragari sententiæ!
Quoties ipsum clàm admonui? quoties sibi
Ut caveret obtestatus sum? at nihil
Exorabam unquam. Achi. *Ego quoq; eadem sedulò*
Quanquam sæpe inculcabam, semper tamen
Iamb. *Surdo occinebam fabulam.* Ægi. *Mirum est, hominem adeò*
Suæ sententiæ esse tenacem, ut nè optimè quidem
Consulentibus dignetur acquiescere.
Quid quæso cum hujusmodi agas hominibus, suâ
Excæcatis pertinaciâ? Deum
Oremus, ut temerariam ejus confidentiam
In meliorem vertat quàm nos remur exitum.

ACT. I. SCEN. VII.

Tobæus, Anna.

Σκάζοντες.

CUm mecum sceleratos mortalium mores
Perpendo, non possum quin desleam nostra

Adeò

Adeò deploratum ætatis ſtatum. Quid non
Audent homines perverſi? quod ſcelus, quamvis
Abominandum, perpetrare cunctantur?
Dura quidem nos Iſraelitides ſemper
Hos inter Ninivitas paſſi ſumus, nunquam
Tamen atrox efferatæ incanduit gentis
Crudelitas in nos immaniùs, quàm nunc.
Profectò non parcunt nobis magìs, quàm ſi
Illis res eſſet cum pecudibus aut brutis.
Id eſſe verum haud diffitebitur, quiſquis
Hujus trucidati undiquaque differtum
Vulneribus corpus intueatur: heu! quiſnam
Tam diras non execretur manus, tale
Quæ non erubuerint facinus? Videte, oro,
Quàm fœdè ac turpiter cadaver hoc omni
Ex parte ſit laniatum; quàm nihil toto
Illæſum corpore relictum: à truci credas
Urſo diſcerptum. Tam infandum Deus cernis,
Et impunitum relinquis ſcelus? An. *Quiſnam hîc*
Stomachatur? Hem marite mi, quid eſt ſodes,
Quod tantopere iratus incuſas? Satin' ſalvæ
Res? Quid taces? Tob. *Quid incuſem rogas? Ecce*
Quàm immaniter hic noſter amicus trucidatus
Sit. An. *Me miſeram! interii. Quis auſus eſt hoc tam*
Horrendum facinus? Tob. *Quis niſi quiſpiam ex hiſce*
Ninivitis: quorum acerbitas inardeſcit
Jampridem in nos amarulentiùs. An. *Næ iſte*
Quavis tigri fuit crudelior: verùm
Quis ipſum huc devolvit? nam modò, foras fortè
Dum prodeo, conſpiciebam nihil. Tob. *Credo.*
An. *Eho, quin reſpondes?* Tob. *Jam audies rem omnẽ.*

Modò

Octo. *Modò, prandio vix dum incepto, venit ad me filius*
clamans,
Quendam ex consanguineis non ità procul nostris
Ab ædibus miserè jacere confectum.
Hîc ego, relictâ mensâ, protinus rectà
Eò me confero. Ac primùm quidem eùdem
Contemplatus omnium immanissimam, multùm
Diúq; flevi: mox, sublatum in humeros, huc
Ad nos deportavi cadaver. An. *In quem usum?*
Cedo. Tob. *Què sub noctem clàm sepeliam.* An. *A*
demens,
Sepelias? Tob. *Quidni timida?* An. *Vidè quid incepte*
Non te latet quantoperè interminatus sit
Assyriæ rex, nè quis nostratium tentet
Israëlitarum cadavera usquam clàm
Defodere: idcirco, si sapis, cave, nè & nos
Simul omnes tecum perdas. Tob. *Nihil agis: nun*
Sept. *Vitâ defunctos hoc obsequii genere desistam (quan*
Prosequi: etiamsi mille tyrannus intentet
Cruces. Quamvìs mortem minitetur, in morte
Nihil est, quod magnopere metuam, mali. An. *Mi vi*
Si tibi consultum vis, sententiam muta. Ah!
Quàm vereor nè hoc, quantum nunc tibi sedet cord
Tantum nobis propediem incommodet! Tob. *Pergu*
Mulier esse? ullámne unquam ego volui rem, in qu
Tu mihi non fueris adversata? Quòd si nunc
Quæram, quid sit quod peccem, nescias in qua
Re tam confidenter restas mihi. An. *Eheu! quid,*
Egon' isthuc nesciam? jam sæpius frustra
Quid me solicitet exposui tibi. Tob. *Mitte*
Malè ominarier: satìs mihi quæ in rem

Sun

Sunt ipse perspicio. Quasi antea nunquam
Idem impunè à nobis sit factitatum. An *Non*
Nego, verùm hodie minùs expedit Tobi. *Abi stulta,*
Nihil dicis: præstat Deo obsecundare (confido
Quàm homini: huic enim nostrum hoc gratum esse
Beneficiolum At satìs supérque cessasse
Hîc videor, nè quis rem fortè subodoratus,
Majestatis læsæ nos deferat. Corpus
Interea hoc auferam mecum domum: ut noctu,
Semotis arbitris, clàm sepeliam: nam quod
Cavere potes, stultum est admittere; hinc ad relictos
Me conferam amicos, quos vereor nè mea mora of-
fendat.
An. *I sanè. Perii: jam mihi videre videor cladem*
Ex hujus temeritate brevì profecturam.
Deum immortalem! adeon' pertinacem esse
Hominem, adeóque inexorabilem ac durum,
Ut neque lacrymis, neque precibus licèt blandis,
Magìs moveatur quàm saxum? ô gravis luctus!

ACTUS II. SCENA I.

Sara.

Senarii & octonarii Iambici.

NÆ ego omnium puellarum meritò sum infeli-
Superis invisa pariter, ac mortalibus. (cissima,
Utinam debiscat terra, méq; absorbeat (mitatibus
Suo hiatu! usqueadeo hujus vitæ undiquaque cala-
Referta pertæsum est. Eheu me infelicem! nihil magìs
Optem, quàm his miseriis in deterius semper gli-
scentibus,
Quàm ocyssimè defungier. Mors si concedatur, mihi

Quovis beneficio futura est gratior.
Nam quid tandem est, quod in hac vita diutiùs
Esse velim, aut cur non malim aboleri protinus?
Quoquovorsum foras prospicio, passim irrideor
Misera, ac conspuor ab omnibus: Imò, quod est lon-
gè crudelius,
Cuncti me ut portentum execrantur, horrent ut vene-
Quin & diris ut parricidam devovent: (ficam:
Utpote quæ septem mihi conjugii fœdere
Conjunctos adolescentes, jam usu matrimonii frui
Parantes, primâ nocte omnes immaniter
Trucidâsse existimer. At tu Deus, cui vel intimi
Humani pectoris patent recessus, scis me ab hoc sce-
Esse alienissimam, meósq; mores omni crimine (lere
Impietatis vacare: ac me vitam nullis obnoxiam
Facinoribus hactenus exegisse. Nunquam enim
Sept. *Quicquam in me admisi turpius: nec me juvenculis*
Lascivioribus sodalem præbui:
Sed impudicorum, Deus, commercium
Cane pejus & angue semper vitavi, totos dies domi
Me apud parentes continens: dúmque illæ choreis
ductitant
Viris commistæ, dum voluptatibus ac fœdis lusibus,
Sept. *Genióque indulgent, ego parentum admonitionibus*
Morem gerens, tuam in nos beneficentiam,
Conclave ingressa interiùs, supplex laudibus
Consuevi prædicare. Quòd autem septies
Conjugium autoritate paternâ repetii,
Non tam explendæ libidinis voluptatísve gratiâ,
Quàm sobolis procreandæ studio tentatum est. Nam
in me, Deus,

Omni

Omnis posteritatis nostræ spes incumbit: nihil Sept.
Parentibus meis præter me liberorum suppetit
Amplius. Ast adolescentes septem, me quibus
Nuptum locaverat pater, Dimet.
Non à me, uti probè nôsti Deus, sed à cacodæmone
Nescio quo necati sunt: quòd hi fortasse me,
Aut illis ego fuerim indigna: aut quòd alteri
Me illibatam forsan reserves conjugi.
Hæc utcunque, Deus, conjecturis assequor:
Nam arcana tui sensûs consilia ingenioli
Nostri captum longè excedunt: adeò ut si quis tuam Sept.
Curiosè scrutari velit sapientiam, Troch.
Vel talpâ protinus reddatur cæcior. (sedulò
Quapropter, mi Deus, si unquam tibi placuit, quod
Egi hactenus; si nondum nos in totũ aversaris: precor
Ut me vel illico è medio tollas, & ab his convitiis
Quibus infelix jam ubique lacessor, vindices:
Aut si tuam, Pater, promeruisse videor clementiam,
Facilem quæso meis tandem querelis aurem præbeas,
Meisque os obtures obtrectatoribus, quò desinant
Suis me posthac immerentem traducere mendaciis.

ACTUS II. SCENA II.

Raguel, Sara.

Ejusdem generis.

QUam hîc audio ejulantem, & calamitatem deflentem suam?
Mirum ni filia est; certè ipsa est: facilè divino verum.
Sed abitum parat; accedam propiùs, ac compellabo.
Quid est,
Filiola mea? quid te ità solicitat, ut omnia quæstibus Sept.

Suspiriisq; compleas? Sa. *Pater (ah!) rogitas? quasi mihi*
Querendi justa desit causa. R. *Nata mea, non me la.*
Quàm indigna sis passa: at quid vanis proderit (tet
Excarnificâsse animum querimoniis? parum ex sententia
Cùm res succedunt, mentem consolari convenit
Spe fortunæ secundioris. Nam velut (ta
Summam rerum prosperitatem frequenter infelici.
Scaz. *Excipit, & extremi infortunii casum*
Non rarò insperatum consequitur gaudium.
Sar. *Quod mihi quæso commemoras gaudium, pater*
Jampridem de nobis actum est. Quare, nihil
Malim, quàm ex hisce quàm primùm subduci cala mitatibus. (mun
Rag. *Ah! mitte desperare: nam quod nobis difficilli*
Videtur, à Deo vel solo nutu præstari potest:
In hunc omnem tuam fiduciam tantùm fac confera
Cui quid nobis, tuæq; saluti maximè
Expediat, exploratum est: nec quenquam solet
Affligere temerè: non enim nostræ studet
Sept. *Perniciei, aut exitio, sed saluti potiùs: & (speráqu*
Licèt ea quæ nobis in hac vita obtingunt, dura a
Frequenter videantur, minimè tamen incusandu est Deus:
Utpote qui nôrit optimè, quid hominibus potissimùm
Conducat. Atque ideo, quemadmodum probus
Medicus, non dulcia semper animo ægroto, at amara sæpius
Miscet pharmaca. Sa. *Equidem nil refragor, pater:*
Scio Deo sic visum esse: at quæ tot simul

Suffece

Suffecerit ærumnis & contumeliis? (um,
Utcunque crebræ tolerandum esset orbitatis tædi-
Tristísque peremptorum jactura conjugum,
Si non meos sponsos malis ipsa occidisse dicerer
Artibus. Eheu! quæ non passim convitia (quibus
Et scommata in me conjiciunt homines vanissimi?
Non traducunt dicteriis? Quin nomen commutant mihi;
Pro Sara appellantes Zaram: videlicet parricidii
Facinus exprobrantes. Hoc est quod mentis agritudinem
Exasperet, nec sortis me sinet oblivisci meæ.
Rag. *Durum quidem, anime mi, fateor; sed levius*
fit patientiâ,
Quicquid nefas est corrigere. Nec nobis in manu est Sept.
Quid dicant homines, sed nè id jure objecerint
Summa adhibenda est cautio. Quapropter oro patienter feras:
Non frustra culpes, quod nequit mutarier. (mium.
Latura patientia aliquando abunde magnum præ-
Sar. *Agè pater, dabimus operam: at numquid aliud*
est quod me velis?
Rag. *Sequere me intrò: jamdudum enim te mater*
expectat domi.

ACTUS II. SCENA III.

Tobæus, Anna.

Ejusdem generis versus. *(est?*

Deum immortalem! quidnam hoc obsecro mali
Quæ hæc est calamitas? oculi prospiciunt nihil,

Visus planè periit; quò me vertam miser?
O dolor! ecquis me vivit infelicior?
Scaz. *Perii, pessimè hodie hic dies mihi illuxit.*
An. *Quis hîc vociferatur pro foribus? mi vir, hic*
Quid insolens sibi vult questus? quid deest
Tibi? satin' sanus? Hei mihi! quisnam tuum
Fimo fœdavit vultum? quid connivent oculi? Tob.
Ah! occidi
Miser; lumen, quo nihil est homini charius,
Mihi infelici penitus ereptum est. An. *Quid ais? hem*
Numnam periimus? quid terram prospectas? erigit
caput, (*det*
Obsecro: quid obvertis mihi occipitium? an te tui pu
Tob. *Quid faciam infelix? vix sum apud me, ità ha*
mihi (*Deus*
Mentem penitus eripuit inexpectata calamitas. An
Immortalem! quid hoc monstri est? homo planè ex
cæcatus est.
Sed unde quæso, mi vir, hoc tibi profectum est infor
tunium? (*di*
Tob. *Aliquantulum permitte ad me ut redeam; an*
Rem omnem. An. *O miseriam!* Tob. *Totam hanc*
noctem propemodum
Duxi insomnem, dum consanguinei nostri corpus se
pelio.
Post multam tandem noctem ad somnum me compo
no: cúmque jam (*tim*
Paucas quievissem horas, expergiscor denuo: ac sta
Apertis illabitur oculis avicularum, quæ fortè clan
Scaz. 2. *Me parieti cervicali meo contiguo adhærebant,*
Stercus calidum. Hîc ego simul & inopinato casu, c
gravi *Dolo*

Dolore exanimatus, è lecto provolo, meos
Identidem oculos suffricans: at quo magis
Illapsum eluere simum enitor, hoc video minus.
Quid hoc? an non prodigii simile? An. *Me miseram! (tristius*
occidi.
An quicquam mentiebar tunc, cùm quiddam nobis
Impendere augurarer? ô miserum vespillonem! vide,
Quæso, quàm magnificum tibi pro tot tantísque officiis tuis
Referatur præmium! nunc animadvertis, arbitror, Sept.
Deo displicuisse quod abs te actum, [illegible]tenus.
Tob. *Mitte obsecro*
Convitiarier; satis me cruciat infortunium
Meum, etiamsi tu exprobrando non refrices. An. *I nunc, & Deo*
Tuum hoc beneficium facta gratissimum
Fuisse. Viden' quàm ridicula tibi persuaseris miser!
Piscator posthac ictus sapies. Tob. *Vah! nihil*
Unquam cuiquam tam accidit infeliciter,
Ut desint qui malum suis exasperent convitiis.
Verùm id demum dolet impotentiùs, si quem Scaz.
Æquum est consolari, is ægritudinem conduplicet.
An. *O ingentem confidentiam! num cogitat*
Quod dicat? num facti piget? quòd si meis
Aliquando consiliis mos esset gestus (ah!)
Facilè hoc declinâssemus infortunium.
Nunc pro tuo peccato ego supplicium quoque
Suffero, cui omnia mala tecum toleranda sunt.
Tob. *Parum est, ut audio, esse infelicem, nisi*
Culpâ insuper infortunium istud commeruisse existimer,

Quasi quotidiana non abunde doceat experientia,
Septen. *Non illos à Deo præ reliquis diligi, quibus*
Septen. *Hîc omnia cedunt ex animi sententia:*
Sed eos potiùs, quos ipse temporariis malis
Doloribúsque emendatos, se dignos efficit. (*tus,*
Ad immortalitatem non nisi per ærumnas patet adi-
Scaz. An. *Enimvero probè facis, qui te paras ipse*
Scpt. *Consolari: nam omnes noti atque amici deserunt*
Te: nec cuiquam jam Tobæ in mentem venit.
Perge tua profundere in homines ingratissimos:
Cùm aliis prosis, ipse tibi paupertatem accersere:
nunc vide
Quo pacto huc advolent, tuis vicissim calamitatibus
Auxiliaturi: audin'? pulsando nostras effringunt fores
Quòd si nunc suppetat, istis quod quondam insumptum est palponibus,
Minùs deploranda esset hæc tua cæcitas.
Jam nihil opis reliquum est: cum oculis & rem simul
Amîsti. Cujus nunc auxiliù imploraturus es, miser?
Planè ad restim tibi jam res rediit: aut jejunandum
erit
Posthac fortiter, aut mendicandum: utrum mavis
elige. Tobæ. *Tace*
Temeraria, nil tua me movet procacitas. (*fuit.*
Idem animus in paupertate erit, olim qui in divitiis
Deus etiamnum vivit, cujus in me munificentiam
Nondum sensi claudier: huic fido: tu modò
Desine tuâ hac uti linguæ petulantiâ. (*tibi*
An. *Hem, desino: tu vide quo pacto effugias inediam*
Quam jam imminere denuntio: ego mihi facilè prospexero.

ACTUS

ACTUS II. SCENA IIII.

Anna, Tobias

Senarii & ſeptenarii Iambici.

EHEU! omnibus modis miſera ſum, nec quid agam ſcio:
Nam eò nobis jam res rediit, ut ſi ſua
Conſilia conferant omnes, atque huic malo
Salutem quærant, auxilii nihil adferant.
Tot res nos circumvallant, unde emergi non poteſt:
Fames, egeſtas, contemptus, ſolitudo, infamia.
Ah! quàm ego nunc tota diſpliceo mihi! quàm pudet!
Sed filius exit, triſtis eſt. Idem hoc reſcivit malum.
Tob. *Ità me Deus amet, ut nunc patris me miſeret mei,*
Tantum ſubitò ad ipſum deveniſſe infortunium.
An. *Ehodum fili, huc ad me concede.* Tob. *Hem mater, hiccine*
Aſtabas? non prævideram te. An. *Quod patri*
Eventurum frequenter prædixi, ut ſibi
Magnum aliquod adferret malum, id nunc accidit.
Væ miſeræ mihi! Tob. *Nè cruciate obſecro, mea*
Mater, neve iſthuc quicquid eſt incommodi,
Tam iniquo patiare animo: neque prætereuam quas Octo.
ipſa miſeria
Habet moleſtias, addas: & illas quas habet, (ras.
Moderatè, & ut reliquis tuis factis dignum eſt, fe-
An. *Quid conſolare me, fili? an quæquam uſquam gentium*
Mulier æquè miſera eſt? Tob. *Bono animo eſto; mi-*
Non eſt, niſi quam ſua culpa miſeram facit. (ſera

An.

Quasi quotidiana non abunde doceat experientia,
Septen. *Non illos à Deo præ reliquis diligi, quibus*
Septen. *Hîc omnia cedunt ex animi sententia:*
Sed eos potiùs, quos ipse temporariis malis
Doloribúsque emendatos, se dignos efficit. (*tus.*
Ad immortalitatem non nisi per ærumnas patet adi-
Scaz. An. *Enimvero probè facis, qui te paras ipse*
Sept. *Consolari: nam omnes noti atque amici deserunt*
Te: nec cuiquam jam Tobæ in mentem venit.
Perge tua profundere in homines ingratissimos:
Cùm aliis prosis, ipse tibi paupertatem accersere:
nunc vide
Quo pacto huc advolent, tuis vicissim calamitatibus
Auxiliaturi: audin'? pulsando nostras effringunt fores
Quòd si nunc suppetat, istis quod quondam insumptum est palponibus,
Minùs deploranda esset hæc tua cæcitas.
Jam nihil opis reliquum est: cum oculis & rem simul
Amîsti. Cujus nunc auxiliù imploraturus es, miser?
Planè ad restim tibi jam res rediit: aut jejunandum erit
Posthac fortiter, aut mendicandum: utrum mavis elige. Tobæ. *Tace*
Temeraria, nil tua me movet procacitas. (*fuit.*
Idem animus in paupertate erit, olim qui in divitiis
Deus etiamnum vivit, cujus in me munificentiam
Nondum sensi claudier: huic fido: tu modò
Desine tuâ hac uti linguæ petulantiâ. (*tibi*
An. *Hem, desino: tu vide quo pacto effugias inediam*
Quam jam imminere denuntio: ego mihi facilè prospexero.

ACTUS

ACTUS II. SCENA IIII.

Anna, Tobias

Senarii & septenarii Iambici.

EHEU! omnibus modis misera sum, nec quid agam scio:
Nam eò nobis jam res rediit, ut si sua
Consilia conferant omnes, atque huic malo
Salutem quærant, auxilii nihil adferant.
Tot res nos circumvallant, unde emergi non potest:
Fames, egestas, contemptus, solitudo, infamia.
Ah! quàm ego nunc tota displiceo mihi! quàm pudet!
Sed filius exit, tristis est. Idem hoc rescivit malum.
Tob. *Ità me Deus amet, ut nunc patris me miseret mei,*
Tantum subitò ad ipsum deveniſſe infortunium.
An. *Ehodum fili, huc ad me concede.* Tob. *Hem mater, hiccine*
Astabas? non prævideram te. An. *Quod patri*
Eventurum frequenter prædixi, ut sibi
Magnum aliquod adferret malum, id nunc accidit.
Væ misera mihi! Tob. *Nè cruciate obsecro, mea*
Mater, neve isthuc quicquid est incommodi,
Tam iniquo patiare animo: neque præterquam quas Octo.
ipsa miseria
Habet molestias, addas: & illas quas habet, (ras.
Moderatè, & ut reliquis tuis factis dignum est, fe-
An. *Quid consolare me, fili? an quæquam usquam gentium*
Mulier æquè misera est? Tob. *Bono animo esto; mi-*
Non est, nisi quam sua culpa miseram facit. (sera

An.

An. *Eheu! nulli ego plura acerba esse arbitror*
Ex conjugio fœminæ unquam oblata, quàm mihi.
Tob. *Mater, lacrymas mitte: &, quoniam id fieri*
quod vis non potest,
Velis id quod possit. An. *Non possum ædepol.* Tob.
Ah! potes:
In Deo omnis spes sit nobis. An. *Rectè tu quidem,*
Si modò ut nos respiciat, quisquam Deus est usquam.
Tob. *Ah! non te cohibes, mater? téne istud loqui*
Nónne grave crimen, atque summa impietas est
An. *Nisi*
Octo. *Deo invisi essemus, non nos ad hunc afflictaret modum.*
Tob. *Atqui hinc ego nos illi curæ esse auguror.*
Octo. An. *Eandem quoque tuus pater mihi sæpe cantiuncu-*
Occinit: at pol quidem non adeò stulta sum, (lam
Ut facilè patiar id mihi persuaderier.
Octo. 2. Tob. *Tamen hoc, mater, verum est, & ipsâ re experiêre propediem.*
An. *Ridiculum. Quid mihi nunc adfers, cur expectem, aut sperem hoc malum*
Aliquando in melius posse commutarier?
Tob. *Non id quidem certum nobis polliceri audeam.*
Verùm spes est. An. *Credo, nos esurituros satis.*
Octo. *Neque ego nunc tam meâ causâ discrucior, quàm tuâ: tibi*
Timeo, fili, tui me miseret, tu me solicitam facis.
Nam tu ni esses, certè ego mihi viderem, ac protinus
Hinc me conjicerem in pedes. Tob. *Hem, quid ais? (pie*
deseras?
An. *Quid ni?* Tob. *Neq; facies, mater, neque te satis*
Octo. *Posse arbitror.* An. *An hoc illo indignum fuerit, qui*
si quid bene Pra-

Præcipias, non obtemperat? qui me atque familiam
Totam dedecorat, nobisque omnibus luctum parat?
Tob. *Istud pol illius culpâ non accidit. Parum*
Successit quod egit hactenus, atqui fecit feduló.
An. *Ad hoc malum accedit etiam, quòd re crebris*
Conviviis largitionibúsque perditâ, (Deus
Vix quicquam quo vivamus, nobis sit reliquum. Tob
Non deseret suos, confide mater. An. *Isthæc verba* Octo.
sunt.
Tob. *Bene ominare, atq; bono animo fac ut sis, obsecro*
Sed quid quod te rogem, mater? An. *Quid?* Tob.
Numquid est (Nihil.
Quòd hîc tibi meâ operâ opus sit ampliús? An.
Tob. *Intrò igitur eamus.* An. *Ut lubet: hàc me con-*
sequere. Tob. *Sequor.*

ACTUS II. SCENA V.

Tobæus.

Septenarii.

SUMME Deus, ut tuâ ope declinavi pericula
Frequenter maxima, evasíque persequentium
Dolos; ità nunc tuo, Pater, permissu, denuo
Intriste hoc cæcitatis illapsus sum incommodum.
Absit tamen ut te incusem, vel tuis obmurmurem
Rationibus, cùm nihil in rerum natura æquius
Aut justius te existat: cúmque tua mortalibus
Planè inscrutabilia sint consilia. Nec diffiteor
Pejora me commeruisse: ast & hîc tuam, Deus,
Facilitatem & clementiam agnosco. Heu! quoties
tum ego,
Tum majores mei præcepta tua negleximus!

Quo-

Quoties tuis adversantes admonitionibus,
Divinas post tergum leges rejecimus! adeò ut
Nos cæterarum nationum contumeliis,
Dicteriis, probris, ac fabulis subjeceris.
Quòd si tuum tu persecutus jus, pœnam vitiis
Nostris dignam inflixisses, jam pridem cuncti simu
Troch. *Cum impio scelerata Sodomæ populo in Tartarum*
Essemus præcipitati. Quare insigniter improbus
Sim, si, meritus longè pejora, tam levem Patris
Correctionem infracto animo recusem perpeti.
Tibi me totum dedo, Deus optime, tuæq; me
Tutelæ committo: tu quicquid expedire meæ
Saluti cognoveris, imponito: ut potero, feram.
Hoc tantùm unum, ut verum fatear, animum haud
mediocriter
Angit, quòd hanc oculorum jacturam mihi mea
Dicatur conciliâsse superstitio: quòd ab omnibus,
Non jam dico malevolis, sed ab amicissimis quoque,
Imò ab ipsa uxore, salibus ac ludibriis miser
Incessor insuper. Ubi nunc est, inquiunt, Deus
Octo. *Tuus, cujus favorem ac benevolentiam tam ridicule*
Gratificandi genere conatus es blandirier?
Vide miser quàm præclarum atque magnificum tuis
Periculosis ac clandestinis laboribus
Senar. 2. *Sis consecutus præmium; quòd si obsequi*
Nobis aliquando voluisses, facillimè
Calamitosum istud evitâsses infortunium.
Nunc pervicaciæ tuæ pœnas das, & sapis
Accepto vulnere seriùs infelix. Hujusmodi
Quis, obsecro, non moveatur convitiis, Deus?
Quis tam manifestam non execretur blasphemiam?

Haccine

Hæccine mihi audienda erunt posthac sæpius? uti-
Ità divinæ tuæ voluntati visum sit, ut (nam
Ex his quàm primùm me subducas contumeliis!
Jampridem enim vitæ satietas me cepit meæ.

ACTUS II. SCENA VI.

Tobias, Tobæus, Raphael.

Senarii & septenarii Iambici.

AVdire mihi visus sum vocem patris: atque
eccum: mi pater,
Salve. Tobæ. *Salve fili; advenis* Dimet.
Opportunè: jam enim te jussissem accersi. Tobi. *Bene*
Igitur habet, quòd non vocatus ultro accesserim.
Sed quidnam est quod me velis, pater? lubens
Quicquid præceperis exequar. Tobæ. *Nihil nisi*
Ut mihi paulisper aurem accommodes, modò
Tibi quod ex usu sit futurum instillavero. (igitur
Tobi. *Pater, hîc sum, ubi voles.* Tobæ. *Attentiùs*
Ausculta, & quicquid dicturus sum, fac tuo
Penitus infigas pectori, nè unquam excidat.
Mi fili, quæ mea sit ætas vides: mors aut jam aderit,
Aut certè longiùs abesse haud poterit. Quapropter
cùm Deus
Me ex hoc molesto sustulerit corporis ergastulo,
Vide ut paternæ erga te munificentiæ memor,
Corpus meum honorificè sepelias: & matri tuæ
Reverenter te per omnia obsequentem præbeas,
Eámque cave à te segreges, aut deseras
Dum vivet unquam: sed senectutem illius
Tuâ fovebis sustentabísque adolescentiâ.
Præterea, nate mi, annitere pro viribus,

Nè quando dicto vel facto offendas Deum:
Sed vitam dege nulli vitio obnoxiam:
Sic omnia tibi cedent ex animi sententia.
Quod autem suppeditatur à Deo, cave
Inutiliter profundas, aut attentius
Domi accumules: verùm quod supereſt, liberalitè
Tenuioris fortunæ amiculis impertiès.
Nam quicquid horum datur egestati, in Deum
Ipsum erogatur. Hæc in pauperes benignitas
Hominem ab interitu vindicat, & superstitem
A morte, immortalémque penitus efficit.
Porrò, quod ad connubium attinet, eliges
Tibi uxorem de genere tuo, ac prosapiâ
Israëleticâ; non exteram, vel à domo
Nostra alienam: nam nos, utì nôsti probè,
Vatum sumus progenies. Memoriâ repete,
Fili, quomodo majores nostri repudiaverint
Extraneorum affinitatem, uxoribus
Scaz. *De gente sua domum ductis; & hinc est, quòd*
Octo. *In propagandis liberis fuêre felicissimi.*
Quos si morum probitate, & vitæ sanctimoniâ,
Scaz. *Tibi imitandos proposueris, eâdem, mihi crede,*
Prosperitate utêris, sobolémque te, & majoribus
Tuis dignam suppeditabit Dei benignitas.
Octo. *Ex aliis facito periculum, tibi quod ex usu siet.*
Quod tibi fieri non vis, nè feceris alteri:
Nam nihil impunitum relinquetur: licèt
Error videatur levis & venialis, suâ
Tamen, fili, aliquando pœnâ expiabitur.
Et eo genere prognatus es, ut oporteat
Te ab omni vitiorum labe alieniſſimum

Esse. Omnibus amicum, facilem, comémque fac te Octo.
præbeas:
Nullius adversans ingenio, cedens cuilibet.
Sic tibi sine invidia laudem, & amicos facilè
Conciliabis quamplurimos. Ebrietatem haud secus
Ac pestem devita teterrimam: nec luxui
Indulgebis: sed grata tibi sit parsimonia,
Quæ non abs re magnum vectigal dicitur.
Cuilibet salubria admonenti protinus
Pareto reverenter, ac age gratias. Deum (tus
Inprimis obsecra, ut omnia tua consilia atque cona-
Suâ secundare tibi dignetur clementiâ.
Horum, fili, quoad vixeris fac memineris.
Tobi. *Dabitur opera, pater mi.* Tobæ. *Sed audi quid*
prætereà te velim.
Tobi. *Perge pater: ausculto.* Tobæ. *Jam annus agi-*
tur vicesimus,
Quòd in Ragensi provincia apud Gabelem mihi
Cognatione proximum, argenti decem
Talenta deposuerim. Nunc quandoquidem eò
Nobis res rediit, ut pecuniâ sit opus,
Utì isthuc proficiscaris, atque argentum illud ab eo
Velim reposcas, suo ipsi reddito chirographo.
Tobi. *Lubens itineri accingar, pater: at nescio*
Quâ istud ratione efficiam: nam neque illum, quem
vocas
Gabelem, novi, neque viam quâ in Mediam
Itur. Tobæ. *Quære viæ fidum alicunde tibi comitem,*
Totiúsque itineris peritum: atque ad me deducito.
Numerabimus pretium quantum poposcerit.
Porrò, ad Gabelem ubi perveneris, dic modò

Tobæ

Tobæi filium esse te; marsupio
Hoc, syngraphâque illi oblatâ, pecunia,
Sat scio, numerabitur continuò: nam vir est
Probus admodum, ac fide plenus: cùm videris,
Dices hominem quantivis pretii. Tob. *Age pater, ad*
Forum hinc: sed quem video huc adventare adole-
scentulum,
Ad iter accinctum? Tobæ. *Quò tendat, roga.* Tobi.
Ubi propiùs accesserit.
Raph. *Dei supremi nuntius ego sum Raphael,*
(Nè quis per ignorantiam me esse hominem existi-
Ex alto missus æthere ad hunc virum pium (met)
Tobæum, quem cum filio stantem hîc antè ostium
Videtis. Quæ verò illi per me præstabit Deus,
Multis verbis hîc commemorare, neque locus, neq
Tempus patitur: palàm pòst fient omnia. Fallam eos
Ad tempus, & pro Raphaele, Azariæ
Dimet. *Mihi nomen esse dixero.*

ACTUS II. SCENA VII.

Tobias, Tobæus, Raphael.

Σχάζοντες.

SAlve hospes honorande. Tobæ. *Quid! adéstne,*
mi fili?
Tobi. *Adest.* Tobæ. *Salve, adolescens amande.*
Raph. *Divine*
Vir, salve plurimùm. Tobæ. *Frustra mihi salutem*
Precaris ô bone, cùm omnia mihi succedant
Parum feliciter: quem si salus salvum
Vellet, nunquam oculis orbâsset senem. Raph. *Fac sis*
Animo bono, brevi tempus aderit, lumen

Tuit

Tuis oculis quo restituet Deus. Tobæ. *Faxit*
Ità Pater cœlestis: sed quò tibi iter est nunc?
Raph. *In Mediam rectá.* Tobæ. *Eho, in Mediam?*
Raph. *Isthùc me*
Vocant negotiola quædam. Tobæ. *Jocóne istud,*
An seriò inquis, mi hospes? Raph. *Quid mihi lucri*
Sit, si mentiar? id quod res est loquor. Sed quid
Hæc novâ sibi vult commutatio frontis?
Quid applausistis? quídve estis alacres? Tob. *Nunquam*
Ego vidi commodiorem hominis adventum.
Tobæ. *Filius hic meus eôdem iter parat. Quid si*
Hunc imperitiorem viæ tibi ascisces
Comitem? ubi redieris, quicquid pretii à me
Optâris, id optatum feres: Raph. *Nihil vile*
Moror lucellum: de mercede ingemus tunc
Cùm filium rediisse videris salvum.
Tobæ. *Istud quidem fiet nunquam.* Rap. *Cave quæquam*
Diffidas. Pulchrè omnes calleo vias, hasque
Regiones peregravi frequentiús: nulli
Eum commiseris tutiùs. Tobæ. *Arnabò hospes,*
Cujas es? aut quibus parentibus, quæso,
Prognatus? Rap. *Quorsum id percontare? nil refert*
Ad id quod agimus nunc. Tobæ. *Cupio tuum scire*
Nomen, terrámque natalem, parentésque
Tuos, priusquam committam tibi gnatum,
Cujus salus mihi meâ ipsius vitâ
Potior est. Raph. *Age, dicam, cùm te id velle videó.*
Nostin'

Hananaëlem, senem illum dico de stirpe
Solomithi majoris? Tobæ. *Quid ni? meum tanquam*
Hunc filium: quandoquidem mihi cum eo magna
Jam indè usque à pueritia fuit semper
Familiaritas. Rap. *Illius sum filius Azarias.*
Tobæ. *Hem, quid ais? igitur sanguine mihi conjunctus*
Es. Raph. *Est ut dicis.* Tobæ. *Sed nè id mihi, precor, frater*
Succenseas, quòd curiosiùs stirpem
Tuam expiscari non erubuerim. Scis quàm
Non sit tutum cuiquam hoc rerum statu quicquam
Committere ignoto: & cura est mihi gnatus.
Rap. *Patris probi fungeris officio.* Tobæ. *Ego drach.*
In singulos tibi pendam dies. Rap. *Mitte, (mam*
Inquam, pretium. Tobæ. *Quin beneficium hoc tib*
Ut dicas pulchrè fœneratum, ubi natum (faxi
Reduxeris incolumem. Scio te meâ nunquam
Antehac usum necessitudine; memorem
Me dices ac gratum. Raph. *Facilè de eo inter nos*
Convenerit, ubi fuerimus reversi. Nunc
Ut se gnatu paret tantùm jube. Tobæ. *Hem fili,*
I intrò, ac protinus ad iter para te: nè
Quid hujus commodum tua remoretur cunctatio.
Tobi. *Fiet.*

ACTUS

ACT. II. SCEN. VIII.

Tobæus, Raphael, Tobias.

Trochaici catalectici, ſenarii, & ſeptenarii.

Quàm ſæpe accidunt, mi adoleſcens, quæ non audeas
Sperare! oh! vix verbis poſſum conſequi,
Quantum hic inopinatus adventus tuus mihi
Gaudii attulerit. Rap. *Credo: ſed iſtud quicquid commodi eſt,*
Mi ſenex, uni Deo acceptum referri convenit.
Tobæ. *Nunc demum mihi lubet vivere, poſtquam*
Ex progenie talem te cognovero (mea
Prognatum. Rap. *Fac eo ſemper ſis animo, & omnia*
Quæcunque optâris tibi optata adferet Deus.
Tobi. *Hem, adſum pater, haud malè, ut opinor, ad viam*
Inſtructus. Tobæ. *Benefactum, fili.* Tobi. *Famdudum meæ*
Matri, dum viaticum numerat, vale (brevì
Dixi. Tobæ. *Faxit Deus optimus, ut incolumes*
Redeatis uterque. Tobi. *Vale mi pater.* Tob. *Fili, bene*
Vale. Adoleſcens, tibi committo filium meum:
Tu fac ejus curam agas. Raph. *Quietus eſto, ego*
Huc illum tibi propediem ſalvum reduxero.
Tobæ. *Utinam.* Rap. *Fiet, tu modò fac utramque in aurem dormias.*
Tobæ. *Quàm id mihi difficile erit abſente filio!*
Hem puer, concede huc, méque intrò reducito.

ACT. III. SCEN. I.

Tobias, Raphael.

Ejuſdem rationis verſus.

APpetit veſpera frater, laſſúmque longa me
Reddidit profectio. Raph. *Ad Tigrim deve-*
nimus,
Commorandi hîc commodus dabitur locus.
Tobi. *Tu me deduc ignotum.* Raph. *Hoſpitem pro-*
bum dabo: ad
Proximas has ædes, ſi videbitur,
Divortemur, quarum hoſpitio ſemper feliciter
Uſus ſum. Tobi. *Ubi voles, nihil in me erit mora.*
Sed priùs ad flumen concedamus rogo, ut pedes
Sudore ac pulvere turpatos abluam. Raph. *(hi*
Ut lubet, ſequar quocunq; vocaveris. Tobi. *Amn*
Octo. *Non faſtidiendum præbebit refrigerium mihi.*

ACT. III. SCEN. II.

Anna.

Octonarii Iambici.

NUnquam mihi ſenectus viſa eſt onus æquè mi
ſerum ac modó:
Poſtquam ad ætatis invaleſcentis non pauca incom
Multo præterea aſperiores ſuper ſalute filii (modu
Accedunt ſolicitudines. Nunc demum ſentio miſer
Quantus ſit erga liberos parentum amor: vix un
quam animus
Quieſcere ſuſtinet: adeò mihi videtur durum a
grave,

Dul

Dulci ipſius præſentiâ frui non poſſe : Imò haud parùm
Anxia ſum, nè alicubi algeat circumventus. Multæ ſimul
Concurrunt ſuſpiciones, quæ meum animum diverſum trahunt:
Viæ crepidines periculoſæ, adoleſcentis parùm
Circumſpecti imperitia: tum hoſpes, cujus fidei creditus eſt,
Ignotus. Sed quid ego nunc dicam de marito, qui Scaz.
Iſthùc eum penè invitum protruſit? ah! tantámne rem
Tam negligenter agere? Saltem ſpectatæ fidei viro
Commiſiſſet, cùm ipſi ſalute filii pecunia
Prior eſſet. O inſaturabilem habendi ſitim! Senar.
Quaſi non multo ſatius fuiſſet, paululum
Perdere pecuniæ, quàm filium, unicam
Noſtræ ſenectutis requiem, vitæ ſubire periculum.
Cui ſi quid, quod Deus prohibeat, adverſi in via accidat,
Actum eſt; mori malim, quàm tantam miſeriam Sept. 2.
pati:
Adeò nihil ſine eo mihi in hac vita aut amabile,
Aut dulce, aut jucundum videtur. Hei mihi! nullam arbitror
Mulierem me infeliciorem vivere. Senar.

ACTUS III. SCEN. III.

Tobias.

Trimetri partim recti, partim σκάζοντες.

QUid quisque vitet, nunquam homini satis
cautum est.
Me miserum! totus horreo, postquam mihi
Triste illud succurrit periculum. Deum
Immortalem! planè perieram, ni Azarias
Meus mihi succurrisset. Modò in Tigri
Dum me lavo, piscis quidam immanis, ex imo
Prosiliens gurgite, me, omnis infortunii
Malique securum, inopinatò hiantibus
Invadit faucibus. Hîc ego formidine
Exanimatus, truculentam belluam branchiis
Corripio, Azaria inclamans opem: cujus
Auxilio superior evadens, prostratum humi
Conficio, confectúmque exentero quantum
Possum, cor & fel palpitanti detrahens:
Quæ usum suum in medicina, ut is asserebat, sunt
Habitura: atq; hac de re in itinere plura mihi mox
Se narraturum promisit. Sed eccum, ipsus
Foras egreditur.——

ACT. III. SCEN IIII.

Raphael, Tobias.

Trimetri.

——*Hem Tobia, rursus ad iter*
Paremus nos, rectáque pergamus Ragem, (quer
Nusquam cunctantes. Tob. *Adsum domine,* conse-

Quo-

Quocunquè vocaveris: Sed hoc mihi expedi
Anabò, quodnam tandem facies pharmacum
Ex hoc execto piscis corde ac felle? vix
Credas, quantopere id narrari mihi cupiam.
Rap. *Nil te celabo, mi frater: namque hinc tibi*
Non vulgare ariolor oriturum gaudium. (*um*
Tob. *Utinam augur sis verus.* Rap. *Cor præsentane-*
Habet remedium ad exigendos impios
E corporibus mortalium cacodæmonas.
Fel autem medicatur oculis albugine
Obductis. Tob. *Hem, quid ais? in patre periculum*
Faciam, domum reversus. Raph. *Admiraberis,*
Ubi videris rem. Verùm jam pervenimus
Ecbatana, neque procul ab ædibus tui
Cognati Raguëlis absumus: igitur (*moda*
Huc rectà concedamus. Tob. *Placet.* Rap. *Accom-*
Aurem, téque attentum præbe; quod audies
Jam, ex usu tibi futurum est maximé. Tob. *Arrexi* Scaz.
Utramque; tu, ubi voles, exordire. Rap. *Hic tuus*
Consanguineus Raguel unicam habet filiam,
Nomine Saram, egregiâ formâ juvenculam,
Bonam bonis prognatam, & dotatam probé.
Tob. *Parentum virtus, castitásque, maxima*
Puellæ dos est. Rap. *Moribus insuper adeò*
Modestis ac venustis, ut nihil suprá.
Tob. *Audio.* Rap. *Sedulò agam cum eo, ut in matrimonium*
Hanc tibi det: tu te idem velle fac intelligat.
Non denegabit, sat scio: nec si velit
Maximè, jure poterit: nam præter jus tuum

Nil postulas: tibi enim debetur: utpote
Qui ei cognatione ac genere proximus
Es. Nec eam contra præceptum Mosaicum
Alienigenæ nuptum locabit conjugi,
Nisi crimen capitale velit incurrere.
Tob. *Nil malim, frater, quàm hanc uxorem ducere:*
Sed est scrupulus, qui animum malè habet meum.
Rap. *Facessant scrupuli, quid timeas scio.* Tob. *Fe-*
Illam jam olim septem viris nupsisse, qui (*runt*
Ab Asmodæo principe cacodæmonum,
Priusquam in complexum venissent, protinus
Scpr. *Crudeliter omnes sunt interfecti; periculum*
Ex aliis faciam, mihi quod ex usu siet. (*metum*
Sept. Rap. *Nihil est, Tobia, quod vereare; omnem tibi*
Ademero, meis tantùm fac pareas
Præceptis. Audi in quos jus habeat dæmonis
Immanitas. Quicunque matrimonium,
Brutorum animantium ritu, libidinis
Non prolis procreandæ gratiâ, ambiunt,
Divini numinis immemores, hos impetit
Immundus ille spiritus. Tu modò Deum
Octo. *Veritus, non tibi, sed soboli complexum quære: & patris tui*
In memoriam revoca præceptum, qui tibi
Interminatus est, nè conjugem à tua
Stirpe alienam unquam duceres. Hæc si tuo
Infixeris animo, nihil est quòd dæmonis
Exhorrescas insultum: continuò fugam
Dabit, ubi te his armis instructum senserit.
Quare cubiculum ingressus (nam certò scio

Hodie

Hodie te illam uxorem ducturum) tres dies
Ab usu connubiali fac ut temperes,
Orationibus interea cum ea vacans.
Secundâ nocte in sanctorum patrum statim
Admittêris consortium. Nox tertia
Propagandæ demum sobolis dicabitur.
Hùc ubi vos liberorum procreatio, aut
Humanæ carnis illexerit infirmitas,
Stratum primùm relinquitote, Deúmque hunc
Prolapsi supplices adorate, ut suâ
Vos dignetur clementiâ, impiúmque procul
Pellat cacodæmonem. Simúlque sumito
Cor piscis, & hinc sub ejus vestes suffitum facito: Octo.
quem ubi
Nidorem olfecerit Satan, perterritus
Cubiculo cedet, fugiétque præsentiam illico;
Nec relictam repetet unquam. Tob. *Deus bone!*
Animus tremore simul ac gaudio mihi
Inhorrescit, dum tam prodigiosa audio
Te narrantem. Faxit Deus ut experiar propediem, Septen.
Hæc nunc verè à te dicier. At quis ille senex quem Octo.
conspicor
Ex ædibus istis prodeuntem, promissâ barbâ, ac senio
Venerabilem? Rap. *Eho, hic ipsus est Raguel, patris*
Tui cognatus. Tob. *Quid audio? feliciter*
Sanè succedunt omnia, cùm ille qui alioqui
Esset quærendus, ultro nobis venit obviam.

ACTUS

ACT. III. SCEN. V.

Raguel, Edna.

Septenarii & octonarii Iambici.

QVotidianæ querelæ & lamentationes filiæ,
Perpetuáque orbitatis deploratio, me eò
Redigit infelicem, ut quid agam, aut ubi sim nesciam.
Nunquam tam manè cubiculum ejus ingredior, neq
Tam vesperì revertor unquam, quin conspicer eam
Singultientem, ac calamitatem deflentem suam.
Si quando lacrymantem consolari, & animi ægritu-
Oratione pares lenire, nihilo plus agas, (dinem
Quàm si adversus stimulũ calces, aut laterem lavet
Nec unquam tam blandè dicere possum, sed ut respici-
Pectúsq; inutili mœrore excarnificare desinat. (at,
Altiùs animo inhæret dolor, quàm ut evelli queat.
Me miserum! adeón' rem rediisse, ut unde alii non
mediocrem (dolor?
Voluptatem percipiunt, hinc mihi gravis exunde
Jam olim cùm mihi conjux peperisset filiolam, Deum
Immortalem, quantopere mihi plaudebam, atqui
adeò gaudium ex
Ea mihi pollicebar perpetuum, ac bene stabile!
Quæ simul ac grandiuscula esset facta, ità ut illius
Ingenium jam nosci posset, tum omnes omnia boni
dicere, &
Laudare fortunas meas, qui gnatam haberem
Ingenio tali præditam. Verùm ex ea, miser,
Quem nunc capio dolorem? facilè hîc plus mali est,
quàm illîc boni.

O

O cœlibatum quovis patiorem connubio!
Sed video uxorem: quid dictura sit nescio. Edn.
Marite mi,
Oppertunè pol te hîc stantem reperio. Mitio
Noster vicinus summo te rogat opere,
Ut continuò ad se venias: nam sibi tuâ ait
Paulisper esse opus præsentiâ. Rag. *Jamjam* Scæ.
Adero. Sed quosnam huc adolescentes adventare
conspicor? (*Mane.*
Ad nos, nisi quid me fallant oculi, iter instituunt.

ACT. III. SCEN. VI.

Raphael, Tobias, Raguel, Edna.

Ejusdem generis versus.

EGo de hac re hunc adoriar, tu orationi utì sub-
servias (*quid aliud*
Vide. Tob. *Laudabis.* Rag. *Age.* Tob. *Si impetras,* Senar.
Malim, quàm hodie has fieri nuptias? Ra. *Non est*
dubium id quidem: (*quoque*
Nam pulchrè hominis sensum calleo. quin commodè
Ejus adest uxor. Salve, vir honoratissime. To. *Precor*
Tibi salutem, matrona optima. Rag. *Idem cum fœno-*
Vobis reprecamur, adolescentes humanissimi. (*re*
Quàm bellè hic juvenis Tobæum fratrem nostrum
refert. (*gruat.*
Toto corporis habitu! eundem esse putes, ætas si con-
Ed. *Per omnia, ità me Deus amet, ei simillimus est.*
R. *Cujates estis, fratres? aut quibus nati parentibus?*
Tob. *Ex captivis Ninivæ agentibus, & familia* Sen.
Nepthalienſi. Rag. *Nullane vobis est familiaritas*
Cum Tobæo fratre meo? aut nostísne senem quempiã

Eo appellatum nomine? Rap. *Novimus probé.* Rag
Quid audio? (miser
Valétne? Tob. *Valet quidem, sed oculis orbatus es*
Ed. *O Miseriam!* Rag. *Eheu! dignus pol est fortun*
meliore: næ
Istiusmodi hominum jam nobis ingens penuria est?
Vir est antiquâ virtute, ac fide. Ed. *Oh, nunquam m*
Quoad vixero, ejus ex animo elabetur memoria. (h
R. *Tobaus is, quem vos fratrem appellatis, hujus e*
pater.
Ed. *Quid ais?* Rag. *Nil me fefellerunt oculi, dum*
illum per omnia
Tobæo similem prædicarem: bone Deus, præ gaudi
Vix sum apud me. Teneóne te, cognate mi? ah! la-
crymas mihi
Ex oculis excutit inopinata hæc felicitas.
Ed. *O faustum ac felicem hunc diem!* Rag. *Quis no*
miretur hoc
Tantum, ac tam insperatum bonum? Deum tibi, m
fili, precor
Secundum, ac propitium: quandoquidem ex integra
vitæ viro (fer, &
Prognatus es. Hem uxor, quamprimum intrò te con-
Mactato ariete bene saginato, convivium appara.
Mox simul omnes sequentur, ac hilarem sumemus
hunc diem.
Quid aliud volui dicere? hem, Mitioni facito ut
nunties
Mihi esse negotium, nè me expectet: sed huc
Ad nos veniat, si quid habet seriæ rei.

ACTUS

ACT. III. SCEN. VII.

Tobias, Raphael, Raguel.

Trochaici catalectici, septenarii, & octonarii.

NUnc est tempus, Azaria, ut de matrimonio
Sermonem injicias dum occasio fert, ac soli
summus.
Rap. *Tace, id ipsum in pectore agebam dudum.* Rag.
Nihil jam diu mihi
Quod magis vellem evenire, evenit: ô Deus,
Serva obsecro nobis hæc bona. Hem, intrò, si placet,
Comessatum concedamus. R. *Paulisper mane, ut tibi*
Commemorem quâ gratiâ huc ad te divertimus:
Nam haudquaquam de nihilo est; quòd tam longum
iter suscepimus.
Rag. *Atqui id à convivio narrabitis opportuniùs.*
Nunc tantùm vos præbete hilares, antequam hoc
gaudium (mihi
Ægritudo aliqua contaminet. Rap. *Voluptatem,*
Crede, geminabit, si facilem & exorabilem (eum.
Te præbueris. Ra. *Absit nostrum ut remorer commo-*
Agedum, ausculto. Rap. *Hic orat ut nuptum sibi tu-*
Filiam. Quid extimuisti, aut quid taces, (am loces
Mi senex? quod metuis, facilè propulsabitur:
Nam quid te solicitet scio. Age, desine
Tergiversarier: huic debetur juxta Mosaicæ
Legis edictum, utpote genere proximo, & piis
Prognato parentibus: quapropter despondè, ut simul
Lati omnes agitemus convivium. Rag. *Non dubito* Iambi
quin Deus,
Cujus inscrutabili consilio omnia geruntur, huc

Vos,

Vos, lacrymis tandem noſtris commotus, miſerit.
Quapropter nè videar δεσμαχεῖν, lubens tibi, (cet,
Tobia, hanc in conjugem tradidero: nam gener pla-
Ut qui maximè: ſed eſt quod me deterreat. Tob.
Quid, precor? (*mus:*
Rag. *Non opus eſt prolato.* Rap. *Rem omnem novi-*
Nihil erit periculi. Rag. *Ut nunquam deſunt invidi,*
Qui talia libenter nunciant! Verùm, id licèt
Vos audiviſſe ex aliis credam; tamen,
Nè te, Tobia, circumveniſſe videar,
Iamb. 4. *Idem ipſe proferam denuo. Eam ego non ità*
Pridem diverſis temporibus ſeptem viris
In uxorem locavi: qui primâ ſtatim
Nocte omnes, antequam eâ eſſent potiti, à dæmone
Neſcio quo ſunt interfecti: quamobrem, ſi tua
Acatal. *Tibi cura eſt ſalus, mittes hanc rem, & affinitatem*
Tibi aliam potiorem ac commodiorem quarito: nam
ſapit
Is, meâ ſententiâ, feliciter, periculo (*monis*
Qui ſapit alieno. Tob. *Ah! nihil omnino me cacoda-*
Terret aſſultus: Deo hanc meam committo vitam;
apud (*ſine*
Hunc tutum patet innocentiæ aſylum. Quapropter
Te exorem: alioqui nunquam hodie tam blandè dices
mihi, (*quaſi*
Ut cibum tecum capiam. Rag. *Ah! nè me obſecra:*
Hoc te orando à me impetrare oporteat. Scio tibi
Uni deberi, & nulli locaverim lubentiùs: (*Deo*
Sed vereor ut in rem tuam ſit. Raph. *Erit, tantùm*
Fac confidas, deſponde. Rag. *Age, nil detrecto, de-*
ſpondeo. Rap.

Rap. *Bene facis.* Tob. *Habeo gratiam. Accersi jube.*
Rap. *Intus id commodiùs transigetur.* Rag. *Ut lubet.*
Quis me fortunatior, si hoc conjugium feliciter
Cesserit? Rap. *Quàm mox intramus?* Rag. *Hem,*
præcedo; vos
Me consequimini. Tob. *Deus vortat bene.*

ACTUS IIII. SCENA I.

Phædra, Myrrhina.

Trochaici catalectici, senarii, & septenarii.

QVid ais, Myrrhina? datúrne illa hodie hospiti
Isti nuptum? Myr. *Ità est.* Phæ. *Quî scis?*
Myr. *Hera mihi, fortè dum*
Modò sit obviàm, narravit. Phæ. *O senem*
Audacem! ô infortunatum adolescentulum!
Cui si exitium moliaris, quò nisi
Hinc instiges infelicem? Myr. *Forsitan*
Nunc quàm quondam succedet feliciùs.
Phæ. *Scis quàm feliciter? eodem præmio,*
Quo septem alii, munerabitur miser.
Myr. *Quî scis, nisi periculum sit factum?* Phæ. *At in*
Adolescente tam generoso id experirier,
An non extremæ cujusdam insaniæ est?
Non pol se dignum facit herus, qui tam amabilem
Juvenem ineluctabili periculo objicit.
Ecce quàm iniqui sunt homines præ studio, dum id
quod expetunt
Efficiant. Myr. *Hem Phædra, satin' sana es, quæ hero*
Maledicas? vide nè lingua incontinentia
Tibi malum aliquod pariat. Ph. *Quid agam miseræ*
non quæo *Quin*

Quin lacrymem, cùm mihi tam audax facinus veni
In mentem. Quid tibi nunc ejus formam prædicem,
Cùm tute ipsa eum conspexeris modò.
Myr. *Per liberalis visus est, deos precor*
Ut superstes sit. Phæ. *Nè comparandus hic quidem*
Est ad illos, quibus antè nuptum data est.
Verùm ut sit superstes, in nobis situm est, (bens
Myrrhina. Myr. *Cedo, quî sic? nam illi benefaxim lu-*
Phæ. *Rem omnem ipsi clàm narremus: sententiam*
Mutabit, ubi quod aliis factum est cognoverit.
Myr. *Hau, hau; sanánè es, mea Phædra? an hoc tibi*
Proferendum usquam videtur? hem, vide (caveri
Quam rem agas. Ph. *Adolescentem ex morte revo-*
Ad vitam. Myr. *Pol si sapis, quod scis, fac nescias:*
Nè tibi officiosa ista tua incommodet
Curiositas. Phæ. *Sanè mihi cura est, quòd hoc siet*
Eventurum. Myr. *Ei mihi quidem. Verùm quid hîc*
Otiosa diutiùs moramur, cùm omnia
Intus perstrepant undique tumultibus? hinc
Ocyùs nos amoliamur: nolo me hîc hera
Tecum garrientem conspiciat. Phæ. *I præ, sequor.*

ACT. IIII. SCEN. II.

Tobias, Sara.

Senarii Iambici, septenarii & octonarii.

BONO *animo esto, anime mi, Deus dignabitur*
Suâ nos misericordiâ, si nostris delictis meritis,
Ad ejus supplices confugiamus clementiam.
Sara. *Iràm spero.* Tob. *Procumbamus igitur uterque*
in genua, & opem
Imploremus divinam, adversus quam nihil valet
Imbel-

Imbellis furioſi cacodæmonis ferocia.
Hûmani generis conditor, ac propagator Deus,
Qui primus ſacratum connubii fœdus Scæn.
Inter Adamum & Evam generis noſtri principes
Sanxiſti, quæſumus ut hanc noſtri matrimonii
Societatem, quam juxta divinum tuum
Decretum inter nos hodie pepigimus, ratam
Ac felicem eſſe velis: impiúmq; procul hinc arceas
Hoſtem Aſmodæũ, ſeptem interfectorem adoleſcẽtiũ
Nè in nos ſuâ cædem immanitate utatur. Scis, Deus,
(Nihil enim te fugit) me hanc, non libidinis
Sed ſobolis propagandæ gratiâ, duxiſſe conjugem:
Idq; ex Moſaicæ, atque Iſraeliticæ
Legis præcepto, ſanguine ac cognatione proximâ
In uxorem aſcitâ. Quare noſtrî, precor,
Miſertus, ab hoſtili me dignare impetu tuerier:
Ut me jam meditans adoriri, vires deſideret ſuas;
Exterritúſque fugiat, cùm ſe inermem ſenſerit.
Sar. *Amen.* Tob. *Eamus nunc in conclave, ſoror dilectiſſima,* (nus
Ut juxta Azariæ præceptum ex corde piſcis, hactenus
Penes me in hunc uſum conſervato, tuas
Sub veſtes ſuffitum faciam: Atque ità Satanæ dolos
In me intentatos eludam. Sar. *Ubi voles, ſequor:*
Deus noſtris favere dignetur conatibus.

ACTUS IIII. SCENA III.

Raguel.

Trochaici catalectici, ſenarii, ſeptenarii & octonarii.

CUm jampridẽ mens adverſus ærumnas, indies
In deterius gliſcentes, occalluerit; nunquam
tamen D *Æqua*

Æquè me afflixit ſolicitudo, ac modò:
Adeò ut ſomnum hac nocte oculis non viderim meis:
Quoquò me verto, anxietas, dolor, metus,
Undique circumvallant infelicem. Quàm velim
Has nunquam coiiſſe nuptias! non quòd gener,
Aut affinitas diſpliceat, (nunquam enim magis
Aptum, ac filiæ magìs firmum invenero virum)
Sed quòd adoleſcentulum mihi ſanguine
Ac cognatione proximum, inſuper meâ ipſius
Filiâ haud minùs charum, tam formidabili,
Támque horrendo objecerim periculo. (habet.
Ejus me miſeret, ei nunc timeo, is me nunc ſolicitum
Quod utinam nunquam ſuadere Azariæ
In mentẽm veniſſet, neu cupidum me eò
Impuliſſet, quod mihi principium eſt mali. Ah! Deum mihi
Iratum arbitror, qui huic auſcultaverim:
Qui tantas ſuis conſiliis confecit mihi
Acatal. Solicitudines: cui ſi conſtanter reſtitiſſem,
Nihil omnino nunc mihi metuendum eſſet mali.
Quin & ipſe Tobias orare haud deſtitit, (ilicò
Donec quod petebat impetrârat. Quid tum? num
Morem geſtum oportuit? Fuiſſet tum quidem
Illi agrè, ſi denegâſſem: at bidui, aut
Tridui hæc tantùm fuiſſet ſolicitatio.
Pòſt rem ſecum rectâ reputâſſet viâ.
Nunc nullus locus excuſationi eſt relictus: omnia
Perturbavi, perdidi nepotem, fratrem filio (tuò
Unico fraudavi. Hem canitiem! me quem prudentem
Et longo rerum uſu ſolertem ac vafrum

Eſſe

Esse conveniebat, nihilo plus sapuisse, quàm
Vix egressum ephebiâ, ac ætate imperitum, denique
In amore occupatum adolescentem? Modò
Aderit, vereor, qui ipsum ab Asmodæo dæmone
Nunciet trucidatum: atque ideo negotium dedi
Cuidam ex famulis, ut sepulcrum noctu clanculum
Effodiat: quo ante exortum solis, si fortè (quod Deus
Avertat) perimatur, sepeliam: nè fabula
Fiamus vulgi, magísque traducamur, ac probris
Incessamur asperioribus. Sed quid sibi
Vult, quòd uxorem tam manè? quam hesterno die
Ob negotia culinaria ad multam noctem scio
Vigilâsse? Eheu! quàm metuo, nè ex hac quod doleat
audiam!

ACT. IIII. SCEN. IIII.

Edna, Myrrhina, Raguel.

Ejusdem generis.

Huc mesequere, Myrrhina; est quod mandem.
Myr. *Hem, impera,* (*in filiæ*
Et puta factum. Ed. *Quamprimum vise quomodo*
Se res habeat cubiculo: num uterque vivat: Acara!
Nam nimis solicita sum misera, ac timeo omnia.
Myr. *Credo hera. Nihílne amplius est, per me quod*
curatum velis?
Ed. *Nihil: hem, matura reditum.* Myr. *Jamjam*
adero. Ed. *Ego interim*
Hîc tantisper, dum redis, opperiar foris. (*fuit*
Nunquam ità ut nunc animus spe, metu atq; gaudio
Perturbatus. Ra. *Hem uxor, quo pacto se res habent*

Intus? num parum ex sententia? Ed. *Ah marite!* Rag.
Quid taces? (*Myrrhina*
Occidi miser. Edn. *Equidem ignoro mi vir: eóque*
Nostra ut visat præcepi, mihíq; rem illico renunciet.
Illam hîc opperior dum redeat. Atq; eccam: bonum
Ædepol, nisi quid me fallit mens, apportat nuncium.
Contemplare ut gestiat. Rag. *Mirum ni gaudio:*
Procedamus ei obviám. Myr. *Ubi ego illam inveni-*
am cogito:
Ut metum, in quo nunc misera est, adimam, atque
animum expleam
Gaudio. Rag. *Huc huc Myrrhina.* Myr. *Hem mi*
here, commodè
Pol hîc te quoque stantem invenio, nuncium
Adfero, cujus vos participes fieri maximè
Optatis scio. Rag. *Hem, vivítne?* Myr. *Vivit*
Ed. *Quid! vivit?* Myr. *Valet,*
Inquam, ac vivit incolumis. Rag. *Quid obsecro,*
Num ludis tu nunc nos? Myr. *Egóne vos? quam-*
obrem? Rag. *Nescio:*
Nisi, quia quò impensiùs hoc esse cupio verum, eò ve-
reor magis.
Quis nobis felicior, siquidem tu hæc vera prædicas
Ed. *Oh, vide sodes ut nobis certa nuncies:*
Nè nos in falsum, ídque breve conjicias (mentia
Gaudium. Myr. *Egon' quicquam falsi dicam am*
Misera? verissima comperies quæ adfero. (*dinum*
Dum ingredior gynæceum, crepitum prohibeo car-
Foriúmq; sonitum: hinc ad lectum placidè suspens
Ire perrexi, accessi, astiti, suaviter (*grad*
Inveni

Inuenio utrumque cubantem. Quid hoc? Numnam
vobis parùm (*satis*
Etiam exploratum videtur quod narro? Rag. *Hem,*
Certa omnia, mea Myrrhina, hæsitare dudum desii.
Sed quid ego tibi pro nuncio hoc donem? Myr. *Nihil*
Equidem: extra officium feci nihil. Rag. *Ego te sinam*
Sine munere abire, ex orco quæ mortuum (*diem!*
Me reducem in lucem feceris? Ed. *O festivissimum*
Rag. *Verùm Azariam eccum video stare ante ostium: in sinum*
Hujus hoc quod nactus sum effundam boni.
Ed. *At nos intrò rectà concedamus, Myrrhina, ut*
Totam familiam delibutam reddamus gaudio.
Myr. *Age. Na ego ex hoc nuncio maximum aliquod*
capiam bonum!

ACTUS IIII. SCENA V.

Raphael, Raguel, Lychas.

Senarii Iambici, admistis paucis septenariis & octonariis.

AD extremos usq; Ægypti sinus hinc impium
Obtorto collo protraxi cacodæmonem:
Atque ibidem frustra conantem eluctarier,
Tam arctis colligavi compedibus, ut huc ei
Vnquam reverti non sit integrum. Sed Raguel
Adest: vox comprimenda est, tale nè quid audiat.
Rag. *Deus sum, si nulla ægritudo huic gaudio*
Vnquam interceſſerit. Raph. *Quis hîc se venditat*
Beatum? Rag. *Oh Azaria, mearum omnium*
Voluptatum inventor, scis in quibus sim gaudiis?
Scis Tobiam vivere salvum? Raph. *Quasi nesciam*

Assimulabo. Rag. *Asmodæo procul hinc in malam*
Scaz. *Abactorem?* Raph. *Hem, bene, ità me Deus amet,*
factum.
Rag. *Res nulla potest mihi tanta intervenire jam,*
Ut ægritudinem conciliet. Nescio (*ximè:*
Quid commemorem primùm, aut quem laudem ma-
Te, qui mihi dedisti consilium ut facerem; an me,
qui sum ausus id
Incipere. Rap. *Neutrum, ô bone: Deo uni acceptum*
id ferri convenit: (*spexerit.*
Qui vestris commotus lacrymis, aliquando vos re-
Rag. *Scio mi frater. Neque hoc eò dictum volo,*
Quasi citra illius opem quicquam nostra valeat
Industria. Da veniam; homo sum, humani nihil
A me alienum: delirat lingua gaudio. (*decet*
Raph. *Quin moderare affectibus: etenim ut virum*
Fortem, res adversas infracto perpeti
Animo: ità nihil intolerabilius, ac Deo
Magis invisum, quàm dulci fortunâ ebrium
Immoderatè insolescere. Quapropter dum ego
Intus quod restat perago, tu supplex Deum
Interea comprecare, ut hoc tibi gaudium
Velit esse perpetuum ac stabile. Rag. *Mones probè:*
Proin' & hîc, & alibi, tibi lubens obtemperavero.
Deum immortalem! quantò mihi nunc plus sapit
Hic adolescens, quàm egomet mihi! quàm pruden-
ter consulit!
Quàm comiter simul, ac salubriter increpat!
Quàm perspicit omnia! in occipitio oculos quoque
Habere hunc verè dixeris. Vah! me meæ

Pudet

Pudet canitiei, cùm juvenem impuberem
Etiamnum, longè plùs sapere conspicio, quàm
Me senem: cujus prudentiâ adolescentium
Moderari conveniebat insipientiam.
Sed commodè venit in mentem. Heus Lycha, ocyùs
Ad Sosiam propera. Lyc. *Quid vis dicam?* Rag. *Ut*
Sepulcrum quod modò effodi præceperam, (statim
Injectâ terrâ obducat denuo, ac solum
Scitè exæquet, nè ullum extet vestigium. Lyc. *Abeo.*
Rag. *Nunc ut diei tempus est, convivium*
Splendido instructum apparatu adornari jubebo, Troch.
Ad quod amicos omnes volo vocarier, (gaudium.
Ut solidum hoc, numerísque omnibus sit absolutum

ACTUS IIII. SCENA VI.

Tobias, Raphael.

Octonarii.

ABs quovis homine, cùm opus est, beneficium
accipere gaudeas: (bene, is
Verùm id demum juvat, si de quo nunquam meruisti
Facit. O Azaria mi, ô mi frater, quid ego nunc
prædicem (tuâ
Tuam erga me munificentiam? certè nunquam tibi
Satis dignum virtute præmium referre queam, licèt
In perpetuum servitium me totum addicam tibi.
Raph. *Tace.*
Obsecro, bene collocatum arbitror beneficium, in Scaz.
amicum quod (impera,
Confertur. Si qua in re præterea operâ meâ egeas,
Ac factum arbitrare. Tobi. *Deus me oderit, ni te*
magìs quàm oculos

Amo meos: si frater esses, quî magìs morem gerat?
Utinam sit in quo tibi contrà gratificari queam.
Sed ad (*Ragu*
Rem. Haud te latet, opinor, quo pacto me sacrament
Obstrinxerit, dederimq; fidem, ante decimum quar-
tum diem (*mei*
Me ex ejus non discessurum ædibus: jāmq; parente
Reditum nostrum solicitè opperientes, sat scio, nu-
merant dies. (*conspexerint*
Quòd si ad dictum tempus nondum reversos no
Immanè quantum solicitudinis illis nostra pepererit
Senar. *Mora! Quare nè æquo cunctemur diutiùs, velim*
Ut assumptis duobus hinc camelis, servísq; quatuor,
Ragem ad Gabelem cognatum rectâ proficiscaris
viâ: & (*tas; dein*
Argentum, cujus gratiâ iter hoc susceptum est, repe-
Ad nuptias meas tecum reverti dignetur, roges:
Senar. 4. *Tantisper nunquam te morabitur scio,*
Quin habeas illud, quo die istùc veneris:
Si modò suo illi reddito marsupio,
Quid sit quod me hîc detineat, commemoraveris.
Sepr. Raph. *Neq; hîc neq; alibi usquam erit in me mora:*
nullum defugiam
Laborem, dum prosim tibi. At nihilne præterea?
Tob. *Nihil,*
Nisi ut nobis, si fortè difficiliorem se præbeat,
Blanditiis huc illum pellicias senem. Raph. *Agedum,*
dabitur opera.
Tob. *Faxit Deus, ut tibi eunti ac redeunti salus ipsa*
sit comes.

ACT.

ACTUS IIII. SCENA VII.

Sosia, Myrrhina.

Trochaici senarii & septenarii, partim catalectici, partim acatalectici.

TOtum hunc propemodum cursando ac ambulando
Contrivi diem: perreptavi usque omne oppidum,
Ad forum, ad macellum, & quò non? dum quæ opus (sunt
Ad nuptias paro: vix arbitror decem
Famulos tot suffecturos negotiis: nec
Quicquam nunc magìs metuo, quàm nè hinc denuo
aliquò miser
Extrudar: quod si sit, actum est, perii. Postulem
Nunc me defessum refocillari si liceret. At
Opportunè eccam Myrrhinam duobus cantharis
Onustam, huc accedentem conspicor. Alloquar.
Hem mea Myrrhina, quid fit? quid agitur? Myr. *Rogas*
Quid fiat? tota domus perstrepit rumoribus:
Omnes nostrarum rerum satagimus: interim
Tu, quasi nihil sit quod intus agas, ante ostium
Hîc otiosus restitas? Sos. *Quînam malùm*
Otiosus, qui me hodie sursum cursitando
Ac deorsum, adeò defatigaverim, ut
In cursu ferè conciderim miser? atque illud hîc
Dum tu accedis, stomachor mecum. Myr. *Vin' tibi*
Gratum faciam, Sosia? Sos. *Nihil malim, si quidem*
Posses. Myr. *Possem maximè, si lubeat. Quid, tibi*
Hoc vini placet? Sos. *Haud malum herculé: quid*
tum postea?

Myr.

Myr. *Hinc hauſtum tibi plenis propino faucibus.*
Soſ. *Oh, beâris, ſi hanc mihi præſtes beneficentiam. Cedò*
Cantharum ſodes: gratum me, ſat ſcio,
Dices ac memorem. Myr. *Quid ais? equidem jocabar*
Stulte. Soſ. *Garris? ſi vivo, mox referam gratiam.*
Myr. *Agedum inepte, reſiſte: quò fugis? Sed parciùs*
Mi Soſia, nè ſentiat herus: nam ſcis quàm ſit ad
Has res perſpicax: & novi ego ingluviem tuam.
Hem, periit, dimidium exhauſiſti vinoſe: mox
Vapulabo miſera. Soſ. *Abi ſtulta, neſcis fallere*
Homines: quod factum eſt diſpendii, vide
Sarcias. Myr. *Quo pacto?* Soſ. *Vah, neſcis? infuſa aquâ.*
Myr. *Dixti pulchrè, ſi verbera mihi velim*
Lucrifacere. Sed oſtium concrepuit, protinus
Intrò fugiamus, nè quis fortè hîc nos opprimat
Otiosè garrientes: ſequere me. Soſ. *Sequor.*

ACT. IIII. SCEN. VIII.

Gabelus, Raphael.

Trimetri Iambici.

INcredibila ſunt quæ narrâſti modò.
Deum immortalem! nihil unquam in vita mihi
Renunciatum eſt gratius. Sed accipe, hem,
Lectum eſt, conveniet numerus, quantum debui.
Rap. *Meritò te amo mi Gabele, & habeo gratiam.*
Gab. *Præſertim ut nunc ſunt mores, adeò res rediit,*
Si quis quid reddat, magna habenda eſt gratia.

Raph.

Raph. *Verum dicis; perfidiarum plena omnia.*
Sed quid geſtis? quidve es alacris? vulgus hominum,
Si quando numerandum eſt pauxillulum, frontem Scaz.
Averſus contrahit ilico, ſupercilia
Adducit, ambages quærit: quin aufugit
Non rarò creditorem eludens. Caterùm
Ubi fides ſit ſiroges; nihil pudet:
Si inſtes; ibi tum impudentiſſima eorum eſt oratio, Septen.
Quis tu es? Quid tibi rei mecum eſt? adeò ut tibi
Amicum inimicum beneficio efficias tuo.
Atqui hoc genus hominum non ſibi ſolùm malè
Conſulit, at reliquis etiam, qui nihil malè
Unquam meruerunt: perfidiâ ſuâ fidem
Planè abrogat; cùm ex illorum impudentia
Horum quoque ingenium metimur. Te ſimul
Ac depoſiti commonefacerem, tuo tibi
Oblato ſyngrapho, quàm nihil omnino ſis
Commotus, tua fuit indicio oratio.
Adeóque admonitus nihil offenſus es, ut mihi
Nunc multò videaris quàm dudum hilarior.
Gab. *Ità decet ô bone. Cùm deponeretur, mihi per-* Octo.
ſuaſeram,
Eâ conditione eſſe creditum, ut ſtatim
Ubi ipſe repoſceret, reſtituendum. Et quanquam Scaz.
Non admodum lauta mihi domi res eſt, tamen
Unum hoc curavi adhuc, eſſet mihi ut fides.
Rap. *Felix, qui eo es animo. At inſuper aliud eſt*
Quod multò mihi præcipit accuratiùs.
Gab. *Quidnam obſecro?* Raph. *Ut ad ſuas illùc te*
nuptias

Addu-

Adducerem. Gab. *Luberet, nisi iter longius*
Esset: & ætate infirmum hoc est corpusculum.
Raph. *Nil opus est viribus, vehêris commodé:*
Cum fabulis itineris edulcabimus
Sept. *Molestiam.* Gab. *Suadere noli.* Raph. *Quid ni suadeam?*
Octo. *Imò haud omittam, ni exorem.* Gab. *Age, fias.*
Raph. *Pol te dignum facis.*
Sept. Gab. *Tantisper opperire intus, dum me paro.*
Raph. *Propera.*

ACTUS V. SCENA I.

Raguel.

Senarii & septenarii & octonarii Iambici.

OVidnam in rebus mortalium tam succedat
feliciter,
Quod non suam habeat admistam ægritudinem?
Ità profectò naturâ comparatum est, ut dolor
Voluptatem perpetuò consequatur. Plus mihi
Præter spem, omnémq; præter opinionem objectum
est gaudii,
Quàm unquam fuissem ausus sperare. At nunc vi-
de, obsecro,
Quantum mea hæc felicitas mihi solicitudinis
adferat.
Cùm filiam meam nepoti nuptum do, jubeo fidem
Mihi dari, se intra dies quatuordecim domum ad
Parentes non reversurum: sperans diutino
Convictu ac familiaritate illum ità devinctum fore,
Ut ne unquam de patria repetenda cogitaret, aut

Saltem

Saltem se propediem reversurum promitteret.
Nunc neutrum impetro miser. Venit hodie ad me,
Mi pater, (*fide tibi*
Inquit, decimus quartus jam agitur dies, qui me à
Data liberat: animus est jampridem domi
Apud parentes, quos mea non mediocriter,
Sat scio, solicitat cunctatio. Quare precor
Ut mihi jam illùc pace tuâ unà cum conjuge
Reverti liceat. Nam nisi ad diem dictum Scazi
Præstò adfuerimus, aut nos in itinere dolis
Grassatorum circumventos, trucidatósque vel
In morbum illapsos, aut aliud adversi quippiam
Incurrisse suspicabuntur. Ad hæc, quid me censem
ullum
Potuisse verbum proloqui? penitus obmutui
Primùm: dein' mihi re[illegible]ditus, Nihil, inquam,
nate mi (*cum filia*
Æquè malim, quàm te hîc apud me quoad vixero
Ætatem agere: sed jamdudum te hîc invitum ha-
rere video: (*agam.*
Quare tuis si pergam affectibus adversari, nihil
Hoc tantùm unum abs te ut obtineam permitte;
Ut post annum tuos apud parentes exactum, huc ite-
Commigretis: sat habeo, si istud impetro (*rum*
Cum gratia. Nihil respondes? agè, non omittam neq;
Desistam, priusquam hoc te exoraverim. Hîc cùm
illius
Orata reminiscor, nequeo quin lacrymem miser.
Mi pater, inquit singultiens, qua fronte ego paren-
tes meos,

Quorum

Quorum senectuti unicum sum præsidium, audeam
Deserere? tum pol vel quovis carnifice me
Immaniorem deputem. Quæ illis vita sine me
Non est futura amarissima? Equidem mori
Malim, quàm eos per me ad tantam calamitatem
adigi.
Quid multis? his lacrymis ad misericordiam
Reductus, facio illi ægrè demigrandi copiam:
Omnémque rem familiarem, capras, boves, (lem
Asinos, oves, servos, ancillas, reliquámq; supellectil
Substantiámque tam auream, quàm argenteam,
Ex æquo cum ipso divido, lacrymans identidem.
Tandem cùm perpeti non possem ampliùs, huc effu-
gi foras.
Nunc ille abitum parat. At at, quid hoc? perii miser:
Omnes ex nostris ædibus mul exeunt.
Totus tremo, horreóque, postquam horum mihi in
Mentem venit discessus: ô dolor gravis!

ACTUS V. SCENA II.

Tobæus, Raphael, Raguel, Sara.

Trochaici catalectici, senarii & septenarii, admistis paucis octonariis.

Superis meritò maximas ago gratias,
Cùm evenêre hæc nobis frater prosperè. At
Quid remoratur conjugem? Raph. *Ægrè avellitur*
Acatal. *Maternis complexibus, jamjam sequetur,*
Atque eccam. Tob. *Et socer nescio quò clanculum*
Se subducebat modò. Raph. *Humani istud ingenî*
Iamb. *Est argumentum. Amor parentum in liberos*

Quan-

Quantum valeat, equidem haud ignoras Tobia.
Non animadvertis gnatæ abitu hunc miserè solici-
tarier?
Atque eâ hinc clàm discessisse gratiâ, (ser:
Nè quod animo ægrè est conspiciat? Rag. *Occidi mi-*
Quæ posthac futura est vita, cùm in mentem venit
Solitudo? sed aliò deflectunt viam:
Quid si revocem? Heus, heus, resistite. Raph. *Tobia,*
Socer est qui revocat. Tob. *Profectò is est ipsus.*
Rag. *Quid est,*
Mi fili, quòd ità properas? jamjam rediissem, pau-
lulum
Si cessâsses. Tob. *Mirabar quônam abieras pater.*
Rag. *Non procul. Sed quid tibi placet filiæ*
Dos? Tob. *Regalis mihi visa est opulentia:*
Quanquam dotata est satis, quæ morata est bene.
Rag. *Oh, patris simillimus es. Hem filia,*
Fac te tali dignam præbeas viro:
Illique per omnia morem gerito. Sar. *Dabo*
Operam mi pater. Rag. *Tum socerum, & socrum, qui tibi*
Jam in parentum succedunt locum, haud minùs
Quàm me, matrémq; tuam reverere. In domesticis
Administrandis negotiis, quæ propria
Est matronæ functio, vide sedulam
Naves operam: ut quemadmodum foris maritus, Acatal.
Ità tu rem domi augeas industriâ.
Sic fœcundam Deus vestrum faciet connubium: Iamb. Sep.
Liberósque suppeditabit tales, qui tuis
Conjugíque digni videantur majoribus.

Sar.

Sar. *Memorem dices te monuisse, mi pater.*
Rag. *Caterùm tibi, Tobia mi, hanc in manum*
Do, & tua mando fidei: tu illi pater,
Posthac, tu maritus, tu patronus, tu— Tob. *Ah!*
pater,
Nè lacryma: magnificentiùs habebitur, quàm
domi
Sit tua. Sed est praterea quippiam
Quod nos vis, pater? Rag. *Nihil, nisi ut bene*
Et prosperè omnes valeatis. Sar. *Vale*
Mi pater. Rag. *Vale, vale inquam gnata, postre-*
mùm valo.
Discrucior animo: hoccine tam subitò mihi
In tristitiam commutatum gaudium?
O mutabilem ac volucrem rerum omnium
Conditionem! Sed quid inanibus me macero
Questibus? Vah! ejicianda hac hercule est
Pectoris mollities: nimis indulgeo mihi.
Generum nactus sum ex animi sententia:
Filia talem repperit virum, qualem ipsa nè
Sperare unquam auderet. Asmodæus procul
Ædibus nostris ejectus, cruciatur bolum hunc sib
Ereptum esse è faucibus. Postremò, omnis res in va-
do est.
Quapropter videndum, nè animi sit parùm
Grati nunc id incusare, quod votis frequenter ut
Eveniret, optavi ardentissimis,
Iamb. *Multa ex quo fuerint commoda, ejus æquum*
ferre incommoda.

ACT

ACTUS V. SCEN. III.

Tobias, Raphael.

Septenarii partim recti, partim σκάζοντες.

RE ipsâ comperio, mi frater, nullam rem tam arduam
Ac difficilem esse, quin levis facilísque fiat, si
Adsit alacritas. Vel reditus hic, quàm mihi non est
Laborioſus, prout nuper erat diſceſſus. Jam Acrim,
Utì vides, devenimus; & adeò de via non ſum
Defatigatus, ut vel Niniven citra moram rectà
Hodie contendere luberet, ni conjuge, & grege
Servorum & ancillarum jumenta noſtra agentium,
Eſſemus impediti, quæ relinqui haud expedit.
Raph. *Eſt iſtud quidem ut dicis Tobia; verùm mihi*
Si hac in re, quemadmodum in aliis hactenus, auſcultaveris,
Non hîc pernoctabimus: at quod ſupereſt viæ,
Incunctanter perficiendum arbitror. Non te latet,
Diem, quo nos domi futuros pollicebamur,
Jampridem nuptiarum præteriiſſe morâ; patrem
Matrémque dolore ſimul atque metu contabeſcere;
Quemque diem illis annum videri. Tobi. *Nil quidem malim*
Azaria: ſed quid conjux, reliquæque famulæ, Senar.
Quas jam feſſas longinqua reddidit profectio?
His longiùs hoc die ſi ſit eundum, periculum eſt,
Nè in media anhelæ deficiant via. Rap. *Scio; ſed eas*
Committemus, apud quem modò prandebamus, (novi: vir eſt
hoſpiti.
Tob. *Satin' tutó?* Rap. *Quid ni? probè ego hominem*

Fidei satis spectatæ. Tob. *Sed non noverunt viam:*
Si sola consequantur pòst, necubi aberrent vereor.
Rap. *Eidem ut deducat dabimus negotium: insuper*
Niniven simulac pervenerimus, aliquot famulos, viæ
Pulchrè gnaros, eis obviàm mittemus. T. *Quid? tibi*
Si ex usu istud fore videtur, age; lubens obtemperem.

ACT. V. SCEN. IIII.

Tobæus, Anna.

Trimetri Iambici.

QVotidie magìs augetur mihi de filio
Solicitudo: & quo abest diutius, hoc eum
Desidero impotentiùs. Me nullus est,
Opinor, calamitosior, neque cui magìs
Bonæ felicitates adversæ sient.
Eheu! quot jam annos natali ejectus solo,
Hîc servitutem pertuli gravissimam!
Quot incommoda perpessus! denique, quo nihil
Tum accidere mihi posse arbitrabar tristius,
Visu spolior miser. Tamen has utcunque mens
Tulit hactenus ægritudines. Nunc ut nihil
Molestiarum desit, major insuper
De filii salute mihi objicitur metus.
Ad hæc accedit uxor rixosa, haud leve
Profectò malum: cujus querimoniis mihi
Jampridem aures calent. At at, ostium crepat:
Mirum ni illa est: tacebo, ut quis sit audiam.
An. *Si res mihi secundæ essent de filio,* (metu,
Jampridem venissent. Tob. *Est ipsa.* An. *Ah! qua*
Et quas anxietates meum mihi confecit silicernium

Octo.

Tob

Tob. *Ecce, antiquum obtinet.* A. *Qui modò foras sibi*
Dum verba parata sentit, nescio quò prorepserit.
Sed opportunè hîc illum stantem reperio: adoriar, Sept.
Ut in eum, quod animo ægrè est, evomam. Bone
Vir, salve: ecquid remoratur filium? viden'
Tuo consilio jam me miserè solicitarier? Sept.
Infortunatior pol me mulier nec est,
Nec fuit unquam, tali viro quæ nupserim.
Tob. *Ah! pergin' linguæ uti petulantiâ? quasi*
Isthîc minùs mea res agatur quàm tua.
Si quid nobis adversi fortè evenerit,
Mihi major sustinenda est portio: atque ob in
Nequaquam ea res mihi neglectui fuit.
An. *Nisi fuisses incogitans, pecuniam*
Hanc perdere maluisses, quàm periculis
Tot tantisque objectare filium: neque
Ignoto commisisses adolescentulum.
Tobæ. *Muliere iniquâ nihil est quicquam injustius,*
Quæ, nisi quod ipsa facit, nihil rectum putat.
Opinione melius cedet res, arbitror.
Non cogitas quàm longè hinc absit, & nôsti Scaz.
Mores hominum, ad numerandum quisq; est tardior.
An. *Tandem huc tua se recipit oratio? virum*
Nonne aiebas Gabelem esse fidei optimæ,
Quicum vel in tenebris micare sit tutissimum? Sept.
Si incolumis esset, jam hîc adesset, sat scio:
Quando jampridem dictus præteriit dies.
Tobæ. *Non cessabis dijudicare istud priùs,*
Quàm quid veri siet certò resciveris?
An. *Ah! nescio quid mihi animus præsagit mali.*

Tobæ. *Noli te macerare, obsecro: quin pectore*
Quieto sis potiùs. Quid lucri sit, tibi
Scaz. *Si solicitudinem adferas, cùm idem sit vel*
Nolenti perferendum tamen? An. *Eheu! mihi hîc*
Sola videor, ille quia hinc abest diutius:
Et ejus mihi curæ est salus. Tob. *Adeon' putas*
Me omnem penitus exuisse humanitatem, ut hoc
Dimet. *Non mihi itidem, ut tibi, doleat?*
Sed quid profuerit, si me pergam affligere?
Quid aliud quàm malum conduplicem mihi?
Multùm juverit animus in re mala bonus.
An. *At vereor, si modò vivit, nè miseram alicubi*
Scaz. *Vitam in sordibus ærumnísque exigat.* Tob. *Pergin'*
Eandem nobis toties cantiunculam
Occinere? interiit, periit, quid sit nescio:
Quin ipsum salvum tibi jam spero propediem
Hîc adfuturum, An. *Spe niti miserrimum est.*
At utinam ità Deus faxit. Tob. *faciet, fac modò*
Divinæ nè diffidas munificentiæ. (spicer
Septen. An. *Mi vir, nescio quos procul huc adventare con*
Scaz. *Duo sunt; alter filio, alter haud multùm*
Sept. *Dissimilis ei, cui est commissus, adolescentulo.*
Tob. *Faxit Deus ut sit filius.* An. *Ità spero quidem*

ACT. V. SCEN. V.

Tobias, Raphael, Anna, Tobæus.

Trochaici septenarii & octonarii catalectici.

QUàm nos exoptatos arbitrare parentibus
Venturos Azaria! R. *Lacrymabunt præ gu*
Tobia, ubi salvos rediisse nos conspexerint. (di
At vide nè nostrarum admonitionũ nunc immem

Su

Sa: tenes quid dicam? de felle loquor, quo patri
Amissum restituas visum. Tobi. *Hem, teneo. Quid,*
putas (*nùs*
Successurum, si experiar? dic sodes. Raph. *Non mi-*
Juverit hîc fel, quàm cor in abigendo Cacodæmone: Iamb. Sep.
Tantùm divino confisus numini, Deum
Ora, ut nostros conatus suâ secundet gratiâ.
An. *Quò propiùs accedunt, & quò oculos intendo* Iamb. Sep.
acriùs, (*ah!* 2.
Hoc illis mihi videntur similiores. Tobi. *Quid ais?*
Nunc demum crucior nil mihi prospicere oculos. Senar.
Raph. *Tobia, patrem & matrem pro foribus stantes conspicor.*
Tobi. *Sunt? hem, certè sunt: quâ gratiâ hîc consistant nescio.* (*ipsus est:*
Raph. *Nostrum opperiuntur adventum.* An. *Certè*
Mi vir. Tobæ. *Hem, quid ais?* An. *Cum eodem* Acatal.
quicum hinc est profectus
Comite. Procurram obviàm, atque in amplexum
illi proruam.
Tobæ. *Rape me sodes tecum: quid me solum deseris?*
An. *O mi gnate, ô gnate mi, salvum te gaudeo*
Advenisse. Tobi. *Credo mater.* An. *Salva sum que* Acatal.
te valentem (*pater?*
Atque incolumem rediisse intuear. Tobi. *Sed quid*
Valuítne usque? An. *Eccum tibi pro foribus.* Tobi.
Interii miser;
In terram, dum te consequitur, procul ab ædibus
Pronus illabitur. Ah! quàm vereor nè læserit
Se! properemus, ut tollamus. Mi pater,

Quidnam hoc est mali? siccine te hîc esse humi
Sen.Catal *Prolapsum? dolétne quippiam?* Tobæ. *Nihil*
Iam.Oct. *Omnino, mi fili: & si quid doleret, nunc vel immori*
Mihi tuis dulcissimum foret complexibus. (*&*
Tobi. *Frustra me salvum reversum arbitrarer, nisi*
Te, pater mi, incolumem ac salvũ offenderem. Tobæ.
Deum
Iamb.Sep. *Immortalem! præ gaudio quid agam, vel quid loquar*
Trim. *Planè nescio. Nulla mihi res posthac potest*
Tanta intervenire, ut ægritudinem adferat.
An. *Mi fili, Deus novit quàm miseram exegerim*
Te absente hîc vitam. Tobæ. *Hem Tobia, redistin'*
solus? hospitem (*ter?*
Nónne reducis tecum Azariam? Tobi. *Quid ni, pa.*
Tobæ. *Ubi is est?* Raph. *Præstò sum Tobæe.* Tobæ.
Cedò manum,
Sen.Catal *Mi frater, quò te amplectar, & exoscular. Tibi*
Benefaxim lubens, qui incolumem mihi restituis fi-
Sed quid? quâ vos gratiâ isthùc miseram, (*lium.*
Accepistis argentum à Gabele? Tobi. *Ad assem, mi*
Conspecto chirographo numeravit protinus. (*pater,*
Tobæ. *Bene mehercule factum: gaudeo.* Raph. *Imò*
si scias
Quid boni adferamus præterea; tum istud magìs
Dixeris Tobæe. Tobæ. *Quidnam amabó?* Rap. *Idque*
triumphaveris
Serió. Tobæ. *Quin dic, quid est?* Rap. *Adducimus*
tibi nurum. Tobæ. *Hem*
Tobia, uxorem injussu meo? Tobi. *Gaudebis, sat scio,*
Pater, ubi cognoveris cujus sit filia.

Tobæ.

Tobæ. *Cujus?* Tobi. *Raguelis cognati noſtri.* Tobæ. Iamb.Sen.
Hem, bene,
Ità me Deus amet, factum. Audin' uxor hic quid
dicat? An. *Oh!*
Quid ni audiam? at ubi illa eſt? Tobi. *Acri eam re-* Iamb.Sen.
liquimus,
Cum grege ancillarum & ſervorum, boves, oves,
Aſinos, & camelos huc ad nos trahentium.
Quam ſimul ſi adduxiſſem, multò huc veniſſem ſe-
riùs:
Et ſciebam quantopere vos noſtra afflictaret mora.
Tobæ. *Unde tanta pecudum, & mancipiorum copia?*
Tobi. *Cuncta hæc Raguel gnatæ dedit doti.* An. *Oh!*
lacrymæ mihi
Erumpunt præ gaudio. Raph. *Tum tantam auri, ar-*
gentíque vim,
Ut regalem vos videre credatis opulentiam.
Tobæ. *O ingentem numinis divini munificentiam!*
I nunc uxor, ac Deum nos deſtituiſſe clamita.
An. *Mi vir, peccatum à me maximum eſt: ſed non*
oportuit
A vobis relictam. Tobæ. *Quid ſi nos noſtrum Syrum*
Illis obviàm mittamus? An. *Certè ſi ille occurrerit,*
Multò propiùs ibunt, & minor futura erratio eſt.
Nam via peritiſſimus eſt. Tobi. *Mater, conſulis*
probè.
An. *Intrò igitur concedam, ut hoc illi dem negotii.*
Niſi quid diſſentis mi vir. Tobæ. *Jube properet*
quantum poteſt.

ACT. V. SCEN. VI.

Tobæus, Tobias, Raphael.

Versus ejusdem generis.

NUnc experior illos nequaquam frustrari, Aza(ria
Qui in Deo omnem spem, fiduciámq; collocãt.
Senar. *Hoc si & tibi, mi Tobia, persuaseris,*
Ad eundem modum cuncta tibi succedent bene.
Tobi. *Adnitemur pro virili, mi pater.* Raph. *Nunc*
Fel quod dixi profer, eóque patris leniter (Tobiæ
Illinito oculos. Tobæ. *Quam rem tu nunc occipis,*
Fili? Tobi. *Sine pater; profuturũ confido.* Tobæ. *Vide*
Iamb. Sep. *Sodes nè malum pro remedio nobis exasperes.*
Tobi. *Nihil est quod metuas pater.* Rap. *Vin' quod*
libenter audias
Nunciem tibi, Tobæe? hodie pristinum tuis
Oculis visum restituet Deus. Tobæ. *Mi hospes,*
utinam ratum
Sit quod prædicas! Tobi. *Cave ejus pollicitationibus*
Senar. *Diffidas: nihil enim unquam consilio illius*
A me est susceptum, quod non successerit feliciter.
Dicas divino œstro percitum: adeò nihil ipsum fugit:
Huic uni hoc nostrum acceptum referri convenit
bonum: (omnia.
Utpote cujus suasu, atque impulsu sunt transacta
Tobæ. *Scio fili, atq; ob id magis solicitus sum, quo*
munere
Hanc tantam erga nos compensem beneficentiam.
R. *Si vobis quid feci, aut facio, mi senex, quod pro-*
Istud haud mihi sed divinæ debetur gratiæ: (fuit,
Ac proinde nihil à te pretii repeto. Tobæ. *Ah! nimiùm me putas*

Ingra-

Ingratum. Certum est, nunc tibi contrà referre gratiam,
Ut penes me esse positum pietatis præmium scias.
Quodcunque à me donum optâris, optatum feres.
Rap. *Nil moror munera: abundè mihi magnum præmium (vobis*
Arbitror relatum, quando id quod feci gratum esse
Perspicio. Tobæ. *Tace sodes: non committam ingratitudinis*
Ut crimen, quo vix scio an aliud detestandum magis
Reperiatur flagitium, incurrisse videar: atque eo
Genere prognati sumus, ut nos dedeceat admittere
Quicquam, quod hominum vulgus meritò irrideat: at nescio
Quid mihi solito acriùs pungant, ac pruriant (potes:
Oculi; vix manum abstineo. Raph. *Frica quantum*
Mox squammæ, quæ nunc impediunt visū, decident.
Tobæ. *Oh! vide amabò, nè me frustra in lætitiam conjeceris. (dubitatio.*
Rap. *Itáne parvam mihi apud te esse fidem? ah! absit*
Tobæ. *Nil dubito quicquam: tu modò quod facto est opus, impera.* Iam. Oct. Senar. 2.
Rap. *Nihil ad hanc rem necesse est amplius: vide*
Solùm, nè quod Deus indulget, tibi tua
Intercipiat diffidentia. Sed intrò statim
Hinc concedamus: volo universam familiam tuam
Admirandum illud spectare prodigium. Tobæ. *Agedum, si lubet,*
Duc me. Ecquis me fortunatior futurus est, (rier?
Si quidem te, ô cœlū, iterum mihi detur contempla-

PERO-

PERORATIO.

Iambici Trimetri.

NOn est quòd hîc moremini diutiùs,
Hos nostros qui spectâstis ludos scenicos.
Intus, si quid restat, peragetur clanculum:
Ibi visus pio restituetur seni,
Divinúmque exhibebitur spectaculum,
Scaz. *Ludis non exprimendum scenicis. Sed quid*
Mihi, spectatores, accipitium obvertitis?
Resistite paulisper. Priusquam vos domum
Hinc recipiatis, audite, precor, paucula.
Quæcunque sacris continentur literis,
Ad nostram sunt salutem prodita. Hic senex
Tobæus, invictæ exemplar patientiæ,
Tot undique circumseptus calamitatibus,
Nec animum despondens tamen, Quem non, licèt
Gravissimis intricatum infortuniis,
Eò suâ reducat tollerantiâ,
Ut temporarii jacturâ commodi aut
Nihil quicquam moveatur, aut certè minùs
Se pergat affligere? ratus quod à Deo
Immittitur, quamvis molestum ac asperum
Appareat, nihilo minùs tamen sibi
Saluti fore: quin hunc suum luctum brevi
In gaudium commutatum iri; cùm nihil
Adeò in rebus terrenis firmum, stabiléque
Esse intueatur, quod non æstuario
Quodam cursu modò huc, modò illuc fluctuet.
Eant nunc mortales insipientissimi, ac,

Deo

Deq; diffisi, ob res tam momentaneas
Cœlum mari commisceant: his perditis,
Sese interiisse clamitent. Cùm tot Deus
In hunc præter spem olim contulerit commoda:
Nec erit hodie ipsius manus contractior,
Si nos hac dignos præbeamus gratiâ.
Sed quidnam Tobiæ monet connubium?
Et interempti septem Saræ conjuges?
Adeste huc adolescentuli, qui uxoriis
Animum adjunxistis complexibus: audite quod
In rem vestram futurum est maximé. Hi viri
Septem, quos sacra cæsos narrant Biblia,
Raram stupentes sponsæ pulchritudinem,
Brutorum animantium ritu, libidinis,
Non procreandæ prolis studio, amplexui
Formosæ inhiabant conjugis, salacium (rum,
Canum in morem: atque ob id, vix dum ingressi to-
Pereunt, & in atrum protruduntur Tartarum.
At Tobias pudicitiæ memor, ac Deo
Suam precibus vitam commendans, sic dolos
Impuri evadit spiritûs, & fructibus
Exoptati tutus potitur connubii.
Atq; hæc ob id nunc repetimus verbosiùs,
Ut & illorum interitus, exitiúmque miserabile, Septen.
Et hujus felicissimi rebus in omnibus
Successus, à lascivia vos avocent:
Nè iisdem Asmodæi irretiti cassibus,
Supremi vindictam incurratis numinis:
Atque ità tandem simili plectamini modo.
Valete, & si placuit quod actum est, plaudite.

FINIS.

JUDITHA.

Actorum nomina.

HOLOFERNES imperator Assyriorum.
MOABUS, AMMONIDES } duces militum.
ACHIOR, Ammonita.
THRASO, LABRAX } milites Assyrii.
BAGOAS, Cubicularius Holofernis.
OZIAS, Consul Betuliensis.
JOACHIMUS, summus sacerdos.
SADOCUS, MELCHIAS, AZARIAS } cives Betulienses.
JUDITHA, vidua.
ABRA, Judithæ ancilla.

¶ PROLOGUS.

Trimetri Iambici.

Salutem vobis exoptamus plurimam,
Viri colendi, civésque humanissimi,
Quicunque ad ludos hos spectandum scenicos
Alacres frequentésq; huc confluxistis. Agite dum,
Non multis verbis, aut oratione vos
Prolixâ remorabor. Sed quam acturi sumus
Paucis hîc coràm narrabo comœdiam;
Et quis sit ille, eam qui nunc dedit novam.
Schonæus nostræ archididascalus scholæ,
Quia suam vobis antè probari industriam
Sæpe animadvertit, aliam rursus fabulam
Profert: neq; profanam tamen; at piam, & sacram,
E sacro Bibliorum sumptam codice.
Quodcunque ei tempus vacuum à scholasticis
Negotiis conceditur, id omne huic studio
Libenter impendit. Neque inutilem suam
Operam, aut laborem studiosa pubi, neque

Vobis

Vobis ingratum fore putat, seu literis
Divinis, seu politioribus animum
Dicâstis artibus. Nam quemadmodum suam
Orationem à veterum poetarum stylo,
Phrasique procul abesse confitetur: ità
Hoc quicquid est aut jactura, aut dispendii,
Eo pensatum ut cunque existimat, nihil (crum,
Quod hîc usquam aut obscœnum, aut turpe, aut ludi-
Nihil quod sit teneris offecturum auribus:
Verùm pudica, casta, verecunda, ac pia,
Quæ audituri estis, comperietis omnia.
Itaque non desunt homines docti, qui illius
Legunt libenter, & probant comœdias.
Quorum sequi vos nunc mihi videmini
Sententiam: quos attentos, ac benevolos,
Et cum silentio auscultantes conspicor.
Nunc nè quis vestrâ abusum esse patientiâ
Me dicat, si suspensos hîc diutius
Vos teneam; eia, aures admovete sedulò
Hujus periocham dum recito actiunculæ.

Comœdiæ Periocha.

HOlofernes dux Assyrici exercitûs, potens
Bello, & rebus præclarè gestis efferus,
Gravi obsidione urbem Betuliam premit.
Cives suis diffisi viribus, Dei
Subsidium implorant. Deinde aquæ penuriâ
Laborantes, statuunt sese hosti dedere,
Nisi intra quinque dies ipsis opem ferat
Deus. Quod simulac rescivisset Juditha,
Cum Ozia civitatis principe graviter

Expe-

Expoſtulat. Hinc divino afflata numine,
Noctu cum ancilla caſtra ingreditur hoſtium:
Scitéque fictis Holofernem fallit dolis.
Quem poſtea vino immoderatè hauſto obrutum
Cùm obtruncâſſet, ſecum auferens caput, ad ſuos
Revertitur. Hoſtes, ſubito perculſi metu,
Fugiunt. Iſraelitides, victoriâ
Prædâque potiti, ſummum collaudant Deum.

ACTUS I. SCENA I.

Holofernes, Moabus.

Iambici ſenarii & ſeptenarii.

EST iſtuc per Jovem datum mihi, feliciter
Ac proſperè ut eveniant, quæ facio, omnia:
Scaz. *Nam in quamcunque orbis partem cum meo accedo*
Exercitu, metus continuò maximus,
Atque ingens illîc exoritur trepidatio.
Nec ulla eſt uſquam civitas, neque regio
Tam naturâ loci munita, aut viribus
Opibúſque potens, reſiſtere quæ audeat mihi:
Quin omnes, ſimulac adventare me procul
Reſciverint, protinus accurrunt, & ſe, & ſuas
Urbes, munitiones, ac propugnacula, quibus
Confiſi, quoſlibet alios hoſtes procaciter
Contempſere, atque averſati ſunt hactenus,
Vel ultro dedunt ſupplices: per omnia
Præceptis, mandatíſque parentes meis.
Ex qua quidem re tam feliciter, atque fortiter
Geſta, ſummam profectò apud regem meum
Laudem, præmiáque magnifica; ad hæc gloriam
Memorabilem, atque adeò decus immortale apud

Poſte-

Posteros mè consecuturum confido. Troch.
Quandoquidem una hæc vi[illegible]cipibus est via,
Quâ ad honorem nunqu[illegible]urum, aternámq;
nominis
Memoriam emergant: cùm [illegible]m & inertium
Hominum fama, unà cum v[illegible]reat turpiter.
Quod pol dedecus & evitâss[illegible]tenus scio, &
Inposterum me spero vitatu[illegible]uló.
Sed inter hæc tam multa, [illegible]mi sententia
Mihi succedunt, unum [illegible]le me malè habet,
Quòd hos Betulienses, reli[illegible]que Israeliticum
Populum audio etiam nunc imperium aspernari
meum. (bus
Quod equidem modò mihi retulerunt quidam, qui-
Credo satis. Atque adeò ex eo id verissimum
Esse, facilè pol intelligi atque perspici
Potest, quòd nullos adhuc, aliorum malis
Et cladibus admoniti, legatos ad me miserint,
Neque de dedendis civitatibus suis
Inter se aut egerint aut cogitaverint quicquam. Scaz.
Sed faxo nè id inultum auferant: neque ego contu-
meliam (tror.
In me tam insignem impunitam relinquendam arbi-
Quin totum hoc recutitorum hominum extirpabo ge-
nus.
Mo. *Isthuc pol rectè, princeps illustrissime: hem,*
Laudo: nihil enim in eos tam crudele unquam statu-
Quin pejora meriti sint sceleratissimi. (eris,
Hol. *In utramq;, uti apparet, nunc aurem dormiunt:*
At ego jam illos, ut digni sunt, commovebo sacrile-
gos.

Qui se neque edictis nostris, neque ullis legibus
Teneri existimant: qui nos illudendos sibi
Proponunt audacissimi. Mori nos satius est,
Octo. *Quàm non hos indignis modis ulciscamur mastigias.*
Sed opportunè huc ad mè accedit Achior.
Ex illo queram quodnam hoc sit hominum genus:
Troch. *Tum quæ eorum sit confidentia, qui maximo suo*
Malo adversus stimulũ, ut aiunt, calcitrare audeam;
Hîc illum, dum propiùs accedit, opperiar foris.

ACT. I. SCEN. II.

Achior, Holofernes, Moabus.

Senarii & septenarii Iambici, admistis paucis octonariis.

DUcis Holofernis vocẽ audire visus sum mihi.
Atque eccum: accedam, & colloquar. Salveto
plurimùm,
Dux invictissime. Hol. *Salve Achior: pol commodè*
Huc advenisti; nam est, in quo nunc mihi tuâ
Operâ, atque consilio sit opus. Ach. *Si in me quid est;*
Princeps honoratissime, quo tibi queam
Prodesse; agedum, impera: quodcunque volueris,
Effectum dabo protinus. Hol. *Hem, laudo: sed est*
quod te rogem.
Ach. *Quid obsecro?* Hol. *Dicam. Cùm omnes, quot-*
quot in his sunt regionibus, (putent;
Magno metu, atque horrore nos sibi extimescendos
Et cùm ex variis locis, atque urbibus undique (mus:
Ad nos cuncti accurrant, ac supplices tendant ma-
Quid causæ sit miror, cur præfractum hoc & pertinax
Apellarum genus, arma adversus nos sibi
Sumenda, ac nostrum imperium contumaciter

Contem-

Contemnendum, atque rejiciendum existiment.
Præterea montes, & viarum angustias
Occupare munireque conentur potiùs, quàm, Troch:
Quod suo cum exitio nihilominus erit eis
Faciendum postea, sese dedant nobis. Achi. *Dicam hercule*
Quod sentio; & verum dicam, dux ornatissime:
Mentiri enim non est meum. Hol. *Age, loquere:*
Nam audire gestio. Ach. *Populus hic, contemptis*
Deabúsque omnibus, quos diversos regionibus (diis
In diversis alii colunt, unum Deum,
Cœli, terræq; conditorem, velutì illi sibi
Persuadent, observant, & venerantur religiosissimè.
Cujus præcepto olim obsequentes, cùm fames
Ingens totum terrarum urgeret orbem, ex patria
Procul in Ægyptum se contulerunt. Atque ibi
Per quadringentos annos, aut eo ampliùs, (modis:
Miris eorum soboles ac propago amplificata est
Dein cùm iniquâ atque intolerabili tyrannide
Regis premerentur, opem & subsidium sui
Dei precibus imploraverunt supplices.
Qui ipsorum misertus, variis & inauditis cladibus Troch:
Totam Ægypti regionem ità afflixit, ut eos,
Necessitate tandem rex coactus, missos fecerit.
Quos tamen haud multò pòst, mutatâ in diversum
sententiâ,
Armatâ cùm insequeretur manu, in mari, quod per-
vium his
Effecerat Deus, refluentibus aquæ fluctibus,
Unà cum Pharaone totus interiit exercitus.

In quo equidem Ægyptiorum interitu isthuc fuit
Memorabile, quòd nè unus quidem superfuerit,
Scaz. *Qui tantæ cladis nuncius esse posset. Mox*
Montosa ac solitaria ingressi loca, cùm cibi
Catal. *Et potûs inopiâ laborarent, amari*
Fontes divinâ eis sunt edulcati gratiâ.
Panísque quo se exaturaverunt affatim,
Troch. 2. *E cœlo illis nunquam audito depluit modo.*
Porrò, quod magis etiam est mirandum, inermes
Cùm essent, hostes tamen vicerunt quoslibet,
Deo pro ipsis pugnante. Neque unquam rex fuit,
Aut princeps, aut monarcha quispiam, licèt
Opibus & copiis fuerit adjutus maximis,
Qui non adverso Marte, & infeliciter
Planè cum eis bellum gessit, dum se suo
Troch. *Morigeros atque obsequentes præberent Deo.*
Quem si quando sprevissent (quod quidem ab eis
factum est sæpius)
A quovis sunt superati, ac debellati protinus.
Quare priusquam illos adoriaris, hæc (quæ
Scaz. *Quo pacto se habeant, mi domine, velim omnia in-*
Et perscruteris seduló. Quòd si in Dei
Sui cultu etiam nunc eos persistere intellexeris,
Troch. *Frustra te fatiges, atque actum, quod aiunt, (ut*
Agas: cùm vinci, aut superari nequeant, donec De-
Istum, de quo dixi, propitium habent sibi.
Hol. *Vah sacrilege, nè ego te pro istis dictis exer-*
ceboprobé.
Mo. *Dignus pol est, qui indignis intereat modis.*
Ach. *Commovi: vè misero mihi!* Hol. *Quid tecum*
mussitas, Scelus!

Scelus? Ach. *Nihil hercle, mi domine, nisi quòd*
consilium liberum
Oportere esse existimo: neque graviter,
Aut iniquo animo ferendum, si quid fortè sit
Dictum, quod placet minús. Hol. *Etiam loqui* } Troch. 2.
Mecum audes, aut quicquam mutire, verbero?
Agedum, jam faxo experiaris, quàm sit potens
Ignavorum istorum Deus, quem tu mendacibus,
Vanissimè nimiùm hîc nobis vexisti praconiis. (*scio.*
Ach. *Me miserum! qui nunc quamobrem accuser ne-*
Hol. *Ah! nescis impudens? jamjam faciam ut scias.*
An tu me, nebulo, dignum putas, quem irrideas,
Et quem tam apertè fallere incipias dolis? (*viros*
Ehodum, comprehendite illum, & ad Betulienses,
Istos fortes, si diis placet, atque strenuos,
Vinctum deducite; ut cum illis intereat, & suo malo
Discat, in universo terrarum orbe præter Troch.
Assyriorum regem, nullum usquam reperiri Deum.
Ach. *Heu me infelicem! Quid feci, aut quid com-*
merui, obsecro? (*Nisi*
Hol. *Abripite eum, inquam: quid statis stipites?* Mo.
Sequitur, pugnos in ventrem ingerite venefico. (*die.*
Hol. *Scelerate, tu tuo indicio quasi sorex perlisti ho-*

ACT. I. SCEN. III.

Thraso, Labrax, Achior.

Ejusdem generis versus.

Quid restitas? vah! sequere sceleratissime,
Nisi obtorto collo te malis protrahi. (*lum,*
Lab. *Cessator, perge. Ah! crucior mihi deesse bacu-*
Quo scapulas huic conteram impurissimo. Troch.

Ach. *O indignum facinus! quid peccavi miser?*
Th. *Tace nequam.* A. *Si illum, qui ex animo consulit*
Affligendum & perdendum existimat; quid faciet ei
Scaz. *Qui aut damnum dederit, aut malum?* Lab. *Vetus*
dictum est,
Malum consilium consultori pessimum.
Idque adeò miror, quomodo tam ineptum quid tibi
In mentem potuerit venire, homo stultissime.
Ach. *Ut res est, dixi, atque hercule id quod sentio*
Et me nihil mentitum cognoscetis postea.
Th. *Nugæ sunt, quas adfers, meræq; fabulæ.*
Lab. *Mihi pol quidem non sit verisimile, neque com-*
mentum placet.
Sed agedum, properemus. Rursúsne restitas,
Ignave? pugnum, nisi sequeris, in os impingam tibi.
Ach. *Næ ego sum infelix, qui pro consilio bono*
Tam malam ineo gratiam! Th. *Quid gannis, impu-*
Pretium fers ob stultitiam te dignissimum. (dens
Ach. *Isthuc quidem malim, quàm ob peccatum; nam,*
quod sciam,
Mali pol commerui nihil. Lab. *Tun' te nihil*
Commeritum dicere etiamnum audes, furcifer?
Qui hos Israelitas homines ignavissimos,
Scaz. *Nullis aut copiis, aut viribus vinci,* (hinc
Aut superari posse asseris? Dignus pol qui in crucem
Absque ulla abripiaris mora. Thr. *Vah! non vides*
Quantâ & regem Assyriorum invictissimum,
Et Holofernem fortissimum nostrum ducem
Afficias contumeliâ, cùm contra imbelle hoc homi-
num genus

Nequicquam nos pugnaturos prædicas: quibus Troc.Sep.
Jam totus terrarum orbis victas præbet manus, 2. Catal.
Et quorum vim nullæ usquam nationes sufferunt?
Lab. *Sapienter pol quidem à nostro duce factum existimo,*
Atque adeò ex re tua: qui ab his, quorum potentiæ
Opibúsque diffidis, te distrahendum censuit;
Et ad eos ablegandum, qui insuperabili
Virtute præditi, se adversus nos, & te suum
Patronum, defendent atque tuebuntur optimè.
Sed nescio quos huc procul adventare conspicor,
Fundis armísque instructos. Ex Betulia
Urbe huc illos speculatum exiviſſe arbitror.
Nos ad latus hujus montis, si videbitur,
Secedamus, parúmque isthàc à recta flectamus via:
Nè pauci temerè in multorum incurramus manus. Troc.Sep.
Thr. *Placet, agè, propera, atque os vide utì compri-* 2. Catal.
mas, scelus.
Vah! quid cunctare? move te, inquam, carnifex. Tro.Sen.
Ach. *Moveo hercule seduló.* Thr. *Video, sed pro-* Catal.
moves nihil.
Ehem Labrax, neque hîc morandum nobis diutiùs,
Neque propiùs ad urbem accedendum existimo.
Quare arbori isti, quam haud procul hinc abesse
conspicis,
Manibus atq; pedibus alligatum eum relinquamus, Scaz.
Nobísque consulamus in tempore. Lab. *Agedum,*
placet: in pedes
Nos nunc conjiciamus, quantum possumus. Th. *Age,*
Præcurre: consequor.

ACT. I. SCEN IIII.

Achior, Sadocus, Melchias.

Ejusdem rationis versus.

——— *Eheu miseriam! itáne me hîc*

Dimet. *Relinqui solum, aut à feris*
Dilacerandum, aut inediâ periturum propediem?
O barbaram crudelitatem! ô pectora
Quavis immaniora tigride! Sad. *Eho Melchia,*
Satìs pol, satìs inquam procul jam progressi sumus:
Nam vereor, si pergamus ire longiùs,
Nè ab hostibus circumventi pereamus infeliciter.
Mel. *Nihil adhuc nobis periculi est.* Ach. *Sed propiùs huc*
Ad me in valle isthac accedentes video, nescio
Quos; vocem hercle intendam, & eorum, quicunque sunt,

Troch. *Implorabo opem. Si pereundum est, manibus*
Hominum, quàm laniatu ferarum me malim mori.
O populares, accurrite, mihíque
Auxilium ferte misero, accurrite obsecro,

Troch. *Atque infelicis vos miserescat mei.*
Mel. *Quem hîc audio vociferantem, & calamitatem deflentem suam?* (hîc
Deus bone! quid isthuc monstri est? hominem arbori
Ego alligatum esse video. Sad. *Eho Melchia,*
Video ego quoque. O prodigium! hinc quantum possumus
Fugiamus, & ad urbem rectâ recurramus viâ.
Me. *Mane paulisper, Sadoce.* Ach. *Accedite propiùs,*
Viri humanissimi, & innocenti subvenite mihi.

Sad.

Sad. *Insidias herculè ego hîc nobis positas esse video,*
Melchia:
Quare fugiamus, inquam, dum fugiendi datur
Copia. Mel. *Quin accedamus potiùs: nihil periculi est*
Cùm neminem hîc videamus uspiam. Sad. *Nequeo*
Mirari, neque conjicere quid rei siet: (satis
Nisi quicquid est, ad illum ego istùc accedere non au-
deo:
Nam insidias metuo nimis. Ach. *Adeste sodes* Catal.
Viri, omnémque ex animo abjicite formidinem:
Nihil enim hîc vobis eveniet mali. Mel. *Quaso* Scaz.
Quid tu hominis es, aut quis te alligavit ad arborem
Hanc? & quodnam ob facinus? Ach. *Nullo herculè*
merito id
Mihi contigit meo. Sed cujates estis, viri,
Aut quibus venistis è regionibus? Troch.
Mel. *Ex urbe hac proxima speculatum egressi sumus.*
Ach. *Betuliâ?* Sad. *Scilicet.* Ach. *O factum bene!*
nullos ego
Pol nunc mihi malim dari. Sad. *Quid itá? cedo.*
Ach. *Dicam: sed hoc utì sciatis priùs volo; (dis.*
Me vestrâ causâ indignis hisce esse acceptum mo-
M. *Quid ais? propter nos hæc tibi contigisse prædicas?*
Ach. *Ità est profectò ut dico: solvite me, obsecro;*
Rem omnem, utì sese habeat, vobis commemorabo
ordine.
Mel. *Hem, solvamus eum, ac disrumpamus vincula.*
Ach. *Gratiam habeo vobis, & quoad vivam habi-*
turus sum maximam:
Et majorem etiam precor utì vobis referat Deus.

Sad. *Probum esse te tua indicio est oratio,*
Quæ cujusque ut vita est declarat maximè.
Sed nunc eloquere sodes, quod promittebas modò,
Fro. Sen. *Cùm nostrâ causâ hæc te passum diceres.* (cule
Catal. Ach. *Faciam, atq; lubens quidem: sed nimis ego ber-*
Vobis metuo malè. Sad. *Quidità?* Ach. *Nescitis quo*
in malo,
Et in quanto periculo sitis miseri. Me. *Mitte, obsecro*
Ambages, rémque omnem uno verbo nobis expedi.
Ach. *Longũ foret, si hîc vobis commemorem omnia.*
In urbem vestram me deducite potiús:
Ibi convocatis civitatis proceribus, (bé:
Rem omnem vobis narrabo ordine. Sad. *Mones pro-*
Atque ideo tibi libenter hîc obtemperaverimus. Ac.
Bene (moram.
Pol facitis. Agedum, properemus: res non patitur

ACTUS II. SCENA I.

Ozias, Achior, Joachimus.

Trochaici senarii & septenarii catalectici.

Prô Deum immortalẽ! facinus indignũ! Achior,
Quid narras? actum est, siquidem tu hæc vera
prædicas. (tum.
Iam. Oct. Ach. *Est ut dixi, Ozia: putes hominem furore perci-*
Oz. *Heu me miserum! itáne obstinatè operam dat, ut*
Nos affligat innocentes? Ach. *Quin ego jam brevì*
Hîc eum futurum cum omni exercitu esse existimo.
Iamb. Sep. Joa. *O efferam hominis immanissimi dementiam!*
Ah! nullóne nos pacto tyrannidem,
Acata!. *Ac crudelitatem illius evitare*
Poterimus? Ach. *Joachime, quid cum illis agas*

Qui

Qui neque jus, neque bonum, neque quid æquum sit
sciunt:
Nec quicquam faciunt, nisi quod lubet. Ozi. *Eheu*
miseriam! ut nihil
Est diuturnum, aut stabile in rebus mortalium!
Jam aliquot hîc annos in pace, ac sine periculo
Vximus: at ecce rursus de improviso exoritur hic Iam. Sep:
Holofernes, homo importunus pol, atque impius,
Qui hoc unum studet, húcque omnibus incumbit vi-
ribus, (*cibus:* Tro. Oct.
Quò hanc nobis tranquillitatem extorqueat infeli-
Nósque feritate discruciet & excarnificet suâ.
Cùm tamen à nobis ei nulla unquam orta sit
Injuria, sedulóque caverimus hactenus,
Nè illum aut dicto, aut facto offenderemus. Joa. *Ah!*
Quis pectore tam duro, atque adamantino est,
Cui non lacrymas ísthæc excutiat calamitas?
Verùm quid agemus nunc, aut quid consilii capiemus Acatal.
Ozia? Ozi. *Nescio herculè, nisi hoc unum, quod sors*
feret,
Vt forti atque magno animo feramus: & in Deo
Omnis spes sit nobis. Joa. *Hem! piè atque fortiter;*
Laudo: nam si ille opitulari dignetur, facillimè
Hominis impotentis & furiosi declinabimus
Atque avertemus injurias. Nihil enim agit,
Ac frustra se defatigat, cum Deo (*ter*
Quisquis pugnare parat. Idque adeò re ipsa frequen- Acatal.
Experti sumus. Ozi. *Scio ísthæc esse ità ut* Sen. Catal
Dicis, Joachime: & tamen quando in mentem mihi
Nostra veniunt delicta, haud mediocriter vereor
miser,

Nè

Nè ille nos deserat, & ab hoste immani atque fero
Superari sinat. Joach. *Peccavimus herculè*
Frater, fateor, ac pœnam commeruimus gravissimã.
Iamb. *Sed resipiscamus, & quod perpetravimus*
Crimen, agnoscamus, atque confiteamur supplices:
Nullum est delictũ, cui non benignè ignoverit Deus,
Siquidem ex animo ejus pœnitere nos conspexerit.
Ozi. *Verè tu pol istuc dicis, atque ut te decet.*
Quapropter nihil jam nobis restare arbitror,
Nisi ut ad divinam confugiamus clementiam,
Iamb. *Anteactæ vitæ deplorantes crimina:*
Hoc unicum in his nostris calamitatibus (mo.
Confugium, hoc tutum salutis nostræ asylum existi-
Cæterùm tibi, Achior, pro indicio gratias
Agimus maximas, animóque infracto utì
Sis, oramus. Insaniat Holofernes, suísque
Contumacibus verbis atque minis impiis
Cœlum territet: nihil efficiet; modò, quod fore
Confido, Deum propitium habeamus nobis. Ach.
Hoc quidem (adeò quia id
Herculè haud dubium unquam fuit mihi. Atque
Futurum prædicabam, ille indignatus, huc
Me ad vos protrahi jussit: idem & vobis, & mihi
Iamb. *Exitiũ minitans. Quæ quidẽ omnia, ut meminisse vos*
Arbitror, intus narravi ordine. Jo. *Meminimus pro-*
Sed nunc intrò, si videbitur, concedamus, & (bé.
Acatal. *Cives ex tota urbe in templum convocatos,*
Iamb. *Ad resipiscentiam, delictorúmque pœnitudinem*
Exhortemur seduló. Oz. *Nihil est quod æquè fecerim*
Iamb. *Lubens. Agedum, præcede, sequimur è vestigio.*

ACTUS

ACT. II. SCEN. II.

Holofernes, Moabus, Ammonides.

Ejuſdem generis verſus.

ITáne? nondum quiſquam ex ignaviſſimo Acatal.
Iſthoc recutitorum grege pacem petitum,
Aut ſupplicatum nobis advenit? Mo. *Nullus* Iam. Scaz.
Omnino, princeps honoratiſſime.
Hol. *Quæ eſt, ſi non hæc appellanda cõtumelia eſt?*
Sed inultum faxo id nunquam auferant. Spero me Acatal.
habere,
Quo hos meo excruciem modo. Am. *Frequenter di-*
xi, idémque
Nunc dico denuo, dux ornatiſſime,
Niſi audaciſſimis horum ſeditioſorum hominum } Iamb. 3.
Molitionibus omnibus obſtiteris modis,
Profectò in magnum aliquod malum temeraria }
Tandem hæc erumpet confidentia. Mo. *Bene herculè*
Ab Ammonide dictum eſt, prudentérq; admodum: Iamb.
Nam deteriores omnes ſumus licentiâ.
Quòd niſi protinus eos adoriamur, illudent, ubi
Nos aut ceſſare, aut languere ſenſerint.
Quare dum licet, & dum conſulendi tempus eſt,
Præfractam horum cohibeamus pertinaciam:
Vlciſcamur impuriſſimos: malè (placet.
Perdamus totum hoc apellarum genus. Hol. *Hem,*
Non pol deſinam, neque conquieſcam, donec id
Perfecero. Tum autem ſceleratus, atque perfidus
Achior (vah!) quibus illum exercebo modis?
Quem quidem mihi nunc optârim dari obviàm, ut
Iram hanc omnem in eum evomam: ſatìs id habue-
ro ſupplicii, Dum-

Dummodo illum ulciſcar, utì meritus eſt, maſtigiam: (omniâ
Quem ego credo manibus pedibúſque obuixè jam
Facere, magìs id adeò nobis ut incommodet,
Quàm ut illis conſulat, ad quos ſtultitiâ eſt ablegatus ſuâ.
Sed præmium jamjam, ſi vivo, ſe dignum feret.
Mo. *Quodvis ego ſupplicium commeruiſſe eum arbitror.*
Hol. *Faxo jam mox ſentiat. Sed agitedum, utì*
Fortes atque ſtrenuos viros decet: annitimini
Mecum, ut contumaces hos, atque improbos
Iam. Sen. *Hoſtes, Judæos ſcilicet impuriſſimos,*
Iam. Sep. *Acerrimè ulciſcamur, & efficiamus, ut omnibus*
Exemplo ſient: nè quis ſit, nos in poſterum
Qui aſpernari, aut noſtra edicta repudiare audeat.
Iam. Sen. *Atque adeò in Betulienſibus hiſce proximis*
Quid noſter valeat exercitus jam oſtendam. Quin eò
Iam. Sen. *Redigam univerſum iſtud recutitorum genus,*
Ut quò fugiant, aut ubi deliteſcant, neſciant.
Nunc itaque vos moneo, atque hortor ſedulò,
Nè cujuſquam iſtorum vos miſereat: quìn potiùs
Diripiatis, mutiletis, proſternatis, ac
Denique trucidetis protinus, quemcunque
Iam. Sep. *Nacti ſitis. Satìs jam, ſatìs erga nequiſſimum hoc*
Hominum genus noſtra eſt ſpectata patientia. (bo
Itaque nunc nihil non experiar, nullúmq; non move-
Lapidem, ut improbis horum conatibus reſiſtam,
Molitiones inhibeam, retundam inſolentiam.
Quin animam relinquam potiùs, quàm non hos, utì

Digni

Digni sunt, ulciscar sacrilegos. Sed satìs Iam. Sen.
Superque jam moratum, ac consultum arbitror: 2.
Maturè facto est opus. Hem, præbete vos viros,
Atq; exercitum omnem ad urbem continuò admo-
Propiùs: paratis semper obfuit dilatio. (vete Iam. Sep.
Am. *Imperio tuo & hîc, & in aliis omnibus*
Sedulò parebimus: impera, ac factum puta.
Hol. *Credo, mox supplicantes aderunt: sed nihil* Iam. Sen.
Agent: errant, si lacrymis nos flecti posse cogitant. 2.
Jam faxo experiantur, quantum viribus,
Armis, atque virtute valeant, quos illi utì
Mulieres imbelles illudendos proponunt sibi.
Atque hæc meritò illis accident, cùm evenerint, Iam. Sen.
Qui nos aspernantur tam illiberaliter. (citu 2.
Mo. *Eia, sic decet.* Hol. *Nunc ergò instructo exer-*
Proximè ad urbem accedamus: Ego, ut strenuum
Imperatorem decet, præibo: vos me consequimini.

ACTUS II. SCENA III.

Ozias, Joachimus.

Ejusdem generis.

ITà me Deus amet, quanto ego magìs magísque
Effrænatam hominis impii violentiam,
Ac crudelitatem barbaram mecum perpendo,
Hoc magìs metuo, nè nos suâ opprimat,
Affligat, vexet, atque excarnificet tyrannide. Iamb. Sep.
Sed commodè Joachimum huc ad me venientem
conspicor:
Hîc eum præstolabor. Joa. *Enimvero nihil locì*
Est segnitiæ, neque socordiæ, quantum hostium
Assyriorum immanitatem intelligo.

Quo-

Iamb. 2. *Quorum impios conatus nisi prohibuerit Deus,*
Eò rem deventuram video propediem,
Ut collum capistro, & servituti, atque jugo
Intolerabili nobis præbendum sit miserrimis.
Sed video hîc stantem Oziam, quem quærebam.
Ozia,

Iam. Scaz. *Scis quo in metu, & quanto in periculo simus?*
Ozi. *Utinam nesciam, Joachime. Deus bone!*
Militum secum huc quantas adducit copias?

Acatal. Joa. *Principes si simus, atque adeò monarchæ,*
Regésque potentissimi; nequaquam pol tamen
Tantæ multitudinis vim, atque impetum
Sustinere poterimus. Ozi. *Fuit hercule*
Crudelis semper Holofernes ille atque efferus:

Acatal. *Et nunc nil magìs vereor, quàm nè quid in nos*
Iratus statuat, ac decernat inhumanius.
Joa. *Adeon' impotenti esse animo, nihil suæ isti ut imperans*

Iamb. 4. *Libidini, plusquam fatali odio non desinat (impiis*
Nos innocentes persequi? Ozi. *Eheu! tantámne*
Illis hominibus malitiam ac vecordiam
Innatam esse, alienis ut ærumnis & calamitatibus
Gaudeant, atque ex aliorum incommodis

Iamb. *Sua ut conentur comparare commoda?*
Joa. *Nisi me fallit animus, Ozia, haud longè à nobis aberit*
Infortunium: ità castris hostium undique

Iamb. 2. *Obsessa, in angustum oppidò nostra coguntur copia.*
Ozi. *Est ut dicis, Joachime: periìmus funditus,*
Nisi Deus suâ nos tueatur clementiâ:

Nam

Nam in noſtris rebus nobis præſidii eſt nihil. Iamb.
Joa. *Verè iſtuc quidem abs te dictum eſt, ac ſapienter: &*
Ob id huc omnibus arbitror incumbendum ſedulò,
Ut precibus nobis placatum reddamus Deum.
Qui ſi noſtrarum calamitatum miſertus, Acatal.
Succurrere nobis dignetur, facilè vel
Validiſſimis illorum obſtiterimus cohortibus. } Iam. Tr. 2
Namque id re ipsâ frequenter experti ſumus: }
Quando pauci cum plurimis Iamb. Tr.
Congreſſi, victores tamen evaſimus,
Divinâ adjuti ope: nihil enim adverſus Deum Iamb.
Humanæ valent vires, nihil armatorum copia.
Tutus eſt profectò, & munitus abunde, hunc quiha-
Propitium ſibi. Quapropter, veluti cœpimus, (bet
Divinam implorare pergamus clementiam.
Spero Deum noſtris placatum lacrymis,
In his miſeriis nos exauditurum ſupplices. (eſt Iamb.
Ozi. *Id quidem & ego futurum confido. Sed tempus*
Intrò ut concedamus, & omnes cives ad Deum
Exorandum cohortemur ſeduló. Joa. *Fiat.* Iamb.

ACTUS II. SCENA IIII.

Holofernes, Ammonides, Moabus, Thraſo.

Ejuſdem rationis.

HAnccíne ego tam inſignem in nos contumeliam
Impunitam relinquam, Ammonide? vah! mori Iamb.
Me ſatius eſt. Moabe, Thraſo, Labrax, Simalio,
Huc prodite, & præceptis meis parete ſeduló.
Mo. *Ehem, præſtò ſumus, domine, tua ut juſſa*
Exequa-

Exequamur gnaviter. Ho. *Eia, sic fortes viros decet.*
Am. *Quicquid præceperis, effectũ dabimus protinus.*
Iam. Sep. Thr. *Ego quoq; pro tuis summis erga me beneficiis*
Hoc tibi debeo princeps illustrissime,
Conari manibus pedibúsque, nullum non suscipere
Laborem, atque adeò capitis periculum
Libenter adire, dum prosim tibi. Hol. *Bene*
Iam. Sen. 3. *Pol facitis, qui morigeros vos per omnia,*
Atque obsequentes præbetis mihi. Efficiam
Contrà, nè imperatoris benignitas
Vobis ulla in re videatur defuisse: Atque adeò
Totam hanc civitatèm vobis diripiendam,
Vastandam, evertendámque propino omnibus.
Iam. Oct. Thr. *O liberalitatem maximam!* Hol. *Neque mihi satìs erit*
Hanc evertisse urbem; quin quicquid est ubique Judæorum,
Iam. Sen. *Exagitabo, atque affligam crudelissimè.*
Sept. *Nullius misereri certum est. Atq; audin' Amonide?*
Acatal. *Nè pueris quidem usquam inventis, aut mulieribus*
Vos parcere volo: nè sit posthac suâ
Qui nobis negotium facèssere audeat
Contumaciâ. Quin quicquid usquam est, sanguine,
Iam. Oct. *Incendio, luctu, atque singultu complete strenui.*
Sen. Am. *Bonam hercle rem imperas, factúque facillimam.*
Hol. *Nunc autem quo pacto minimo id negotio,*
Scaz. *Atque sine ulla nostrorum militum cade*
Efficere poterimus, commemorabo: vos modò
Auscultate, atque aures præbete attentas mihi.

Mo.

Mo. *Arreximus utraſque, vel ad nutum tibi*
Obſecuturi ſeduló. Hol. *Aquarum ductus, ac fontium*
Tubos ab urbe ſtatim avertendos eſſe cenſeo. } Iamb. 6.
Am. *Conſilium callidum, placet. Id ſi effeceris,*
Aquæ penuriâ interituros illos arbitror (erunt,
Propediem. Neque nobis eorum mœnia oppugnanda
Neque cum illis dimicandum unquam. Hol. *Si quis aquatum egredi*
Ex urbe auſus fuerit, eum comprendite,
Et mille excarnificatum trucidate modis.
Sed aſtu rem videte ut aggrediamini, Iamb.
Nè præſentiant. Am. *Probè curavero:*
Nam quo pacto iſthuc ſoleat fieri, optimè
Calleo. Thr. *Quin ego quoque in rebus iſtiuſmodi*
Jam ætatem pol contrivi meam. Tum hoſtibus
Conſilia præripere, inſidiari clanculum, } Iamb. 3.
Occultis illorum obſiſtere molitionibus,
Ex longiori exercitatione, atque uſu, nunc mihi
Eſt notiſſimum. Hol. *Optimè herculè facitis,*
Qui imperatoris veſtri virtutem imitati, viros
Vos acres præbetis, atque ſtrenuos.
Mo. *De deditione jam illos in urbe ſeduló*
Agitare inter ſe auguror. Et ſapiunt, meâ
Quidem ſententiâ, qui ſeſe nobis vivos dederè (er. } Iamb. 3.
Malunt, quàm ad unum omnes miſerè obtruncari-
Hol. *Quamvis ſe dedant, non tamen vivent nequiſſimi.*
Quin oſtendam eis potiùs, quid ſit periculi
Illos ſpernere contumaciter, quos, cùm volent,

Iamb. *Placare nequeant. Sed satìs hîc cessavimus din:*
In castra quisque jam ad suos se recìpiat
Protinus: atque illa, quæ præcepi, sine mora
Videte ut exequamini. Thr. *Fiet.* Hol. *De aqua*
Ab eis avertenda dico. Mo. *Meminimus probé.*

ACTUS III. SCENA I.

Joachimus, Ozias, Melchias.

Iambici Senarii & Septenarii, admistis paucis octonariis.

NUnc quod semper metui, & de quo nimis fui
Sollicitus infelix, evenisse audio.
Nulli sumus. Quid, obsecro, jam nobis aliud restat, nisi
Ut aquæ inopiâ omnes pereamus miserrimi? O De-(us!
Hæccine vides, & pateris? At opportunè eccũ foras
Oziam egredientem conspicio. Tristis est, eadem
Hæc rescivit mala. Ozi. *Hei mihi! quantis in calamitatibus*
Versamur miseri? actum est. Sed hiccine Joachimus est,
Quem huc ad me accedentem video? is est ipsus. O
Joachime, ô mi frater, quid agimus nunc, aut quid das consilii?
Cedo. Joa. *Nescio hercle: nam pejore res locò esse non potest,*
Quàm in quo nunc est sita. Ozi. *Ah! itáne de aversa aquæ*
Ductu rem, quomodo se habeat, intellextin'? Joa. *Omnia.*

Sed

Sed eccum Melchiam huc ad nos properare con-
ſpicor.
Vide ut perturbatus ſiet. Eadem hæc, quæ nos, malè
Habent virum. Mel. *Væ miſerò mihi! nunc illud eſt,*
Quòd ſi omnes omnia ſua conſilia conferant,
Atque huic graviſſimo malò ſalutem
Quærant, auxilii nihil adferant. O invidentiam! Troch.
Virùm ſtudióne id habet, an laudi ſibi fore
Exiſtimat, ſi nos perdiderit innocentes? O Deus,
Serva, atque tuere nos miſeros. Sed video quos
Volebam. Eho fratres, quâ ſpe, aut quo conſilio freti
ſumus?
Joa. *Ah! Melchia, neſcio: niſi, quod ſors fert, fera-*
mus fortiter.
Mel. *Præ formidine pol mens inhorreſcit mihi,*
Cùm, quàm afflictæ res noſtræ ſint ac perditæ,
Reminiſcor miſer. Hem, quò redacti ſumus? Ozi.
Animo
Bono ac forti oro utì ſis, frater: ſpero Deum
Suâ nobis ſubventurum clementiâ. (nimis
Mel. *Spero ego pol quoque: ſed nè hæc ſpes nos fallat,*
Metuo infelix. Tum quoties hominis efferi
Immanitatem mecum perpendo, animus præ metu,
Quod dici ſolet, in genua concidit mihi. Neque id
Immeritò certè, ut arbitror: Dimet.
Nam poſtquam tam crudeliter egerit cum iis,
Qui ultro ſeſe illi dediderunt; quid faciet
Nobis, qui conſtanter ei reſtitimus hactenus? Troch.
Utì lupus famelicus in agnos, ità
In nos ſuâ ille ſæviet tyrannide.

Joa. *Scio id futurum, Melchia, siquidem ille urbem*
ceperit.
Sed impios effrenati hominis conatus Deum
Frustraturum confido. Mel. *Utinam istuc fiat: sed*
vide
Etiam sodes, nè vanâ lactemur spe, Joachime. Joa.
Non
Fiet. Deus ad tempus nos affligi, non extingui sinet.
Scaz. *Tum si omnino moriendum sit, qui pro religione,*
Pro libertate, pro salute patriæ,
Troch. *Pro aris atque focis perit, haud pol interit.*
Itaque forti ac tranquillo animo ut sis, obsecro.
Malum ego homini nullum præter culpam accidere
posse arbitror:
Eam si vitemus, quicquid nobis evenerit,
Moderatè ac patienter ferendum, non culpandum
est, Melchia.
Mel. *Rectè, sed nè aquæ inopiâ afflictemur, atque*
postea
Etiam omnino pereamus, non mediocritèr
Solicitus sum miser. Joa. *Potin' ut timere desinas?*
Quid, obsecro, hac solicitudine, nisi malum tibi
Conduplicas? cùm idem vel nolenti sit tolerandum
tamen. (dictum
Ozi. *Verè hoc quidem, atque utì se res habet, est*
Melchia.
Quare adversa hæc si animo patienti tulerimus,
Pòst, nisi me mens fallit, fruemur prosperis.
Mel. *Faxit ità Deus.* Joa. *Faciet, tu modò fac sis*
animo bono:

Et nobiſcum Deum precare, ut nos ſuâ
Tueri, ac conſervare dignetur clementiâ.
Mel. *Fiet: nam talis mihi veſtra videtur eſſe oratio,*
Ut, ſi refrager pertinaciter, peccare me putem.

ACTUS III. SCEN. II.

Holofernes, Ammonides, Moabus.

Ejuſdem generis verſus.

JAm tranquillo animo demum exeo foras, cùm eò
Redactos pertinaces hoſce apellas conſpicor, (em.
Ut aquæ penuriâ miſerè eis pereundum ſit propedi-
Ego pol nunc illos ſic ulciſcar maſtigias,
Ut nè impunè in nos illuſiſſe videantur. Vah! neſcio
Quos illi nos homines eſſe arbitrentur, qui Scaz.
Tantam ſibi contumaciam feliciter
Ceſſuram credunt. Næ illi vehementer errant, } Troch.
Siquidem noſtram priſtinam patientiam, }
Qua turpiter abuſi ſunt hactenus, ſibi
Perpetuam pollicentur fore. Sed eccum Ammo-
nidem,
Et Moabum. Am. *Opportunè pol, atque in ipſo*
tempore
Hîc aſtabas, domine: nam te quæſitum exieramus
foras.
Hol. *Quâ gratiâ? cedo.* Am. *Dicam: dum manè ad-*
modum
Diluculo per tota deambularemus
Caſtra, unumquemque ducem, ac militem officii ſui Scaz.
Admonentes ſeduló: móxque ad civitatem
Propiùs cùm aggreſſi eſſemus, munitiones hoſtium ac

Propugnacula ut contemplaremur accuratiùs:
Deprehendimus alios quosdam etiam nunc civibus,
In collibus urbi proximis, superesse fontes: omnibus
Quos illi communiverant conatibus, magis
His in montis radice positis, quàm armis confisi suis.
Quapropter, nisi & ab his eos arcendos longiùs,
Ac diligenter propulsandos protinus
Curaveris, pol frustra hîc, atque adeò magna cum infamia, &
Dedecore multos desidebimus dies.
Hol. *Quid audio? atqui existimabam omnem jamdudum eis (id*
Aquam esse præreptam penitus. Mo. *Credideram ego*
Quoque: &, nisi ipse ex illis fontibus eos clanculum
Catal. *Aquam haurientes, atque in urbem deferentes*
Hisce oculis vidissem modò, nunquam crederem.
Cui malo nisi remedium statim tua
Invenerit prudentia, actum agimus: procaciter
Illudent, si id nos aut negligere, aut impedire non
Posse intellexerint. Hol. *Ego istuc facilè impediero:*
Dabóque operam, ut quæ nunc certa illis consilia
Videntur, incerta dubiáque reddantur omnia.
Quin mihi sic stat sententia, potiùs animam
Troch. *Me relicturum meam, quàm non hanc urbem everterim,*
Solóque æquaverim planissimé. Am. *Eja! sic decet.*
Hol. *Neque horum clade, atque interitu contentus ero:*
Verùm universum illum recutitorum gregem
Ad seditionem natum extirpabo radicitus.

Multa

Multa illos hactenus malè mea docuit facilitas:
At nunc faxo illius ut experiantur sævitiam, cujus
Gratiâ, atque lenitate abusi sunt procaciter. Troch.
Neque à quoquam me exorari sinam, quin pro Scaz.
Tam insigni isthac audacia Dimet.
Illos, utì digni sunt, ulciscar sacrilegos.
Malim me crudelem, quàm dissolutum in hos vide-
rier.
Nam nisi maturè eorum restiterimus pervicaciæ,
Ferociam cohibuerimus, retuderimus insolentiam,
Ad extremum, quæ illorum est confidentia, nos quoq;
Urbésque nostras oppugnatum venient audacissimi.
Mo. *Isthuc est sapere, non quod ante pedes modò est*
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt,
Multò antè prospicere. Hol. *Id ducis est officium:*
hoc qui nequit,
Fatetur se indignum imperatoris nomine. Sed nunc
sine
Mora dispositis passim præsidiis in montibus, fontes Scaz.
Eos omnes aut observari, aut obturari jussero.
Am. *Isthuc rectè, laudo.* Hol. *Vos me hàc consequi-*
mini.

ACTUS III. SCENA III.

Ozias, Joachimus.

Ejusdem generis versus.

Profectò quantò ego magis magisque ferociam,
Virésque invictas horum hominum, tum imma- Catal.
nitatem,
Et impatientiam, atque adeò crudelitatem

Ducis hujus effrænati, barbaríq; mecum cogito, ho
Magis metuo infelix, nè hæc nobis infeliciter
Cedat confidentia: quâ freti, tantis copiis
Resistere ausi fuimus hactenus. Neque (aqua
De ulla alia re magìs nunc solicitus sum, quàm de
Troch.2. *Nobis conservanda in fontibus hisce proximis.*
Sed nè & hanc nobis præripiant, quemadmodum
Reliquos aquarum rivos procul ab urbe averterunt,
nimis
Dimet. *Hercule ego nunc vereor miser.*
Quod si contingat, actum est de vita, atque salute
omnium.
At ità me Deus amet, ut ego nunc non tam meæ
Vitæ, cujus major pars jam exacta est mihi,
Troch. *Quàm religioni nostræ, quæ nobis maximæ*
Curæ esse debet, quàm uxoribus, ac liberis
Timeo. Quos illi indignis violatos modis,
In servitutem perpetuam abripient sibi.
Sed, nisi me oculi fallunt, Joachimum huc accedentem conspicor.
Vel ex solo illius vultu, in quàm afflicto rerum statu
Dimet. *Sumus, videas facillimé.* Joa. *Ut*
Nihil quietis est in pectore! dum advenio,
Cœpi egomet interim mecum rem aliam ex alia
Troch. *Cogitare, & ea omnia in pejorem partem, utì*
Fit, ubi quid in animo solet esse molestiæ.
Quid multis? quo magis hujus hominis impii
Crudelitatem mecum expendo, ac considero
Tyrannidem, hoc mihi mens inhorrescit magis.
Catal. *Eheu! lacrymo: quæ posthac est futura vita,*

Cùm

Cùm tam gravis, támque misera in mentem venit
Vitus? At Oziam non procul hinc astare video. Troch.
Ozi. *Prior ego illum compellabo. Hem Joachime,*
quo in statu
Sunt res, ac fortunæ nostræ? Eheu! quid taces?
Aut quid suspiras, obsecro? Joa. *Ozia mi, mi frater,*
nihil
Ego nobis miserius esse arbitror: quibus undique Troch.
Validissimo hostis barbari obsessis exercitu,
Nulla usquam aut resistendi aut elabendi datur Troch.
Copia. Ozi. *Eandem etiam hîc ego calamitatem*
doleo miser.
Sed nescio quem procul exanimatum ad nos accur-
rere video.
Perii: quid sibi vult tam præceps hominis cursus?
quàm timeo nè
Ille nunc tristissimam nobis rem nunciet! Troch.
Joa. *Idem & ego futurum auguror, adeò animus*
formidine
Ac terrore obstupuit mihi.——

ACT. III. SCEN. IIII.

Melchias, Joachimus, Ozias.

Ejusdem generis.

——*Eheu! vix sum campos animi, ità*
Usque currendo sum defatigatus miser. (culo } Troc.
Pedibus pol magnam habeo gratiam, qui me ex peri- }
Tanto surripuerunt. Sed ubi nunc Oziam (chias
Nostræ urbis principem reperiam cogito. Joa. *Mel-*
Est, & te nominat: appellemus. Ozi. *Heus, heus*
Melchia.

Mel.

Mel. *Quis homo est qui me? Eho! te ipsum quærebam*
Ozia.
Hem, tu quoq; hìc aderas, Joachime? non prævidi
Te, ignosce. Joa. *Quidnam est quòd ità trepidas, aut*
quid exanimatus es,
Obsecro? cedó. Mel. *Actum est, periimus miseri.*
Ozi. *Istud avertat Deus.*
Mel. *Nescitis quantum ego vobis adventu meo*
Nunc apportem mali. Jo. *Eheu miseriam! facilè qui*
Isthuc futurum, cùm te accurrentem procul
Conspiciebamus, augurabamur modó.
Mel. *Ad restim jam quidem res nobis devenit planissimè.*
Ozi. *Væ nobis miseris! sed narra sodes quid sit mali.*
Mel. *Hostes, omnibus undiq; obsessis fontibus, aquam*
Troch. 2. *Universam præripuerunt nobis.* Ozi. *O Deus!*
Quid ego audio! actum est, siquidem tu isthæc vera
prædicas.
Mel. *Verissimum esse reperietis quod nuncio.*
Nam clanculum modò ad hauriendam aquam dum
exeo, priùs
Quàm ad ullum pervenissem fontem, circumventus
undique,
Ex insequentium manibus vix effugi miser.
Ozi. *Væ nobis infelicibus! ut animus in spe, ac formidine*
Usque antehac attentus fuit, ità postquam adempta
Lassus curâq; confectus stupet. Mel. *Eheu miseriam!*
Quid facimus nunc, aut quid das consilii, Ozia?
Ozi. *Neque*

Quid

Quid consulam, neq; quid nobis faciendum sit scio.
Joa. *Deum immortalem! quàm ego nunc totus displiceo mihi?*
Nullos credo usquam nobis miseriores vivere.
Sed intrò, si videbitur, nunc concedamus, ut omnibus
Civitatis nostræ convocatis optimatibus, Troch.
Consilium unà capiamus, quid nobis potissimùm
Opus facto siet. Ozi. *Ut lubet; præcede, sequimur: O Deus,*
Serva obsecro, atque tuere nos miserrimos.

ACTUS IIII. SCENA I.

Ozias, Joachimus, Melchias, Sadocus.

Ejusdem generis versus.

MUltos jam lamentando flendóque exegi dies:
Adeò ut oculi lacrymis cæcutiant mihi.
Præterea corpus longiori elanguit inediâ:
Quin genua labant, pedésque vix suo
Funguntur munere. Dein' cùm de religione Catal.
Per impios hosce homines planè extirpanda; de uxoribus,
Ac filiabus constuprandis, tum de liberis (gito,
Nostris in servitutem hinc abducendis mecum co-
Dolor is mihi multò omnium est gravissimus.
Atque hanc calamitatem, & miseriam, quo modo
Nunc effugiamus, equidem nescio: cùm aquæ penuriâ
Jampridem tota laboret civitas, cisternis omnibus,
Quæ intra mœnia sunt, ante aliquot dies planè Scaz. 2.
Exhaustis. Atq; ideo nihil metuo magìs, quàm nè
Cives, extremâ necessitate concitati, (quid hoc? Troch.
Vim nobis faciant, atq; ad deditionem cogant. Sed
Papæ,

Papæ, quantam hùc hominum accurrere vide
titudinem!
Locus hæc vix ceperit. Quid faciam nescio.
Joa. *Prohibete tumultum, fratres, atque quieto*
mo estote, obsecro:
Et quod Deus nostris offensus criminibus
Nobis immittit, patienter feramus, atque fortit
Mel. *Quam tu nobis patientiam, Joachime, qu*
Commemoras fortitudinem? cùm in tantis cala
tatibus (fu
Versemur miseri. Joa. *Spero Deum nobis adjuto*
Sad. *Isthuc quidem omnes speravimus hactenus*
nunc vides,
Opinor, quàm miserè hæc nos spes fefellerit. (to
Sed ad Oziam, ubi te facturum dixisti, nos dedu
Sciamus quidnam nobis faciendum siet. (hinc e
Joa. *Agite, sequimini. At eccum, non ità proc*
Stantem video. Ozi. *Deum immortalem! quid*
Respondeam, aut quid consilii dem nescio: (nunc
Ità conturbatæ sunt omnes rationes mihi.
Sad. *Quid nunc ais, Ozia? viden' nos consiliis tu*
Miserè impedirier? eóque redactos esse, ut (bo
Mors nobis vitæ præferenda siet. Ozi. *Respirate, u*
Animo estote, obsecro. Deus etiamnum vivit, cui
Nos, nostrâque omnia curæ esse experti sumus sapis-
sime.

Troch. Mel. *Jampridem nostris delictis ille offensus, auribu*
Obturatis nos spernit, & aversatur supplices.
Ozi. *Peccavimus, fratres, confiteor id quidem, &*
Malo gravissimo, atque adeò exitio digni sumus.

Sed

ed spero tamen Deum nostri misertum, hunc lu-
ctum in gaudium (sunt
vobis commutaturum propediem. Sa. *Isthæc verba*
quibus os nobis subleviſti hactenus: nunc in Scaz.
eum rem rediisse videmus locum, ut urbs hostibus
iamjam dedenda sit nobis. Namque ità jubet
Necessitas, durum telum. Et pol satius est, meâ
Quidem totiúsque populi sententiâ, (um,
Ut captivi nostrum colamus atq; veneremur De-
Quàm religione extirpatâ, per maximam
Ignominiam, dedecus atque opprobium intereamus Catal.
Omnes. Ozi. *O conditionem infelicissimam!*
Joa. *Durum quidem: sed levius sit patientiâ*
Quicquid nequit mutarier. Ozi. *Auscultа, obsecro,*
Sadoce, vósque omnes, qui huc veniſtis, fratres; ad
fortiter
Resistendum hostibus exhortatus sum vos hactenus:
Eo quidem animo, quòd certò confidebam, Deum
Suâ nobis subventurum clementiâ. Id
Quoniam nondum accidit, oro atque obtestor vos
omnes, ut dies (animo
Tantùm quinq; patienter ferre pergatis, quæ magno
Ac forti sustinuiſtis hactenus. Spero interim
Deum opitulaturum nobis. Quòd si diebus (quas Catal.
Illis quinque exactis, nondum precibus lacrymísq;
Sine intermissione effundendas puto,
Divinam consecuti fuerimus clementiam,
Nè unum quidem urbis deditionem remorabor diem.
Agite, atque hac in re vos præbete morigeros mihi.
Mel. *Si quidem quinq;, verùm nè fiant isti viginti*
Dies.

Dies. Ozi. *Profectò non plus quinque, aut.*
Aut! nihil
Moramur. Ozi. *Non fiet, tantùm hoc permitta*
Vos exorem. Mel. *Pol virtus tua nos monet, O*
ut tibi,
Rem quanquam gravem atque difficilem petenti
Pareamus: nisi quid dissentitis, fratres. Sad. *A*
dum, tibi
Concedimus: sed hac qua dixti conditione, Ozia.
Ozi. *Sic fiet. Ite nunc intrò, & divinam, uti h*
Feciſtis, pergite implorare misericordiam.
Feliciùs hac res quàm arbitrabar ſucceſſit mihi:
Troch. *Quando commodè loquendo quinque etiam nunc*
petravi
Dies: interea ſpero aliquid eventurum boni.
Quòd ſi intra iſtud tempus Deus nondum nobis ſu
venerit,
Troch. *Actum erit: neque quicquam nobis reſtabit miſeri*
Ut nos tyranno huic dedamus impio.
Quod ut prohibeas, avertáſque, oro te, mi Deus.
Troch. 2. *Maxima quidem noſtra ſunt peccata: ſed tua*
Longè major eſt clementia: quâ potiſſimùm
Scaz. *Tum demum auxiliari ſoles tuis, cùm omni*
Præſidio, omníque humanâ deſtituti ſunt ope.
Id obſecro ut nunc nobis eveniat Deus.
Sed éſtne hac Juditha, quam multis ſtipatam urbi
primatibus,
Ac presbyteris, huc ad me feſtinantem conſpicio?
Ea pol
Eſt ipſa; miror quid ſiet: nec temerè eſſe arbitror.

ACTUS

ACTUS IIII. SCENA II.

Juditha, Azarias, Ozias.

Ejusdem generis.

Quid istuc est, fratres? Itáne quinto abhinc exacto die
Ozias impiis his nos dedendos censet hostibus?
Aza. *Ità quidèm res habet, ut dixi, Juditha.*
Sed eccum ipsum stantem pro foribus: nunc eum
Præsentem adoriaris licet, quem absentem incusâsti hactenus. (dem
Jud. *Id faciam, ac confidenter quidem: quandoqui-* Troch.
Errare, atque adeò (ut pace illius istud dixerim)
Peccare mihi videtur gravissimé. Ozi. *Quisnam, obsecro,*
Est ille, quem errâsse ais, & peccati insimulas? cedo, Juditha. (ter
Jud. *Dicam, Ozia. Tu es ille, quem deliquisse gravi-*
Existimo. Ozi. *Quid ità? dic sodes: non enim*
Intelligo. Jud. *Non? hem!* Ozi. *Non profectò.* Jud. *At faxo jam ut* (quin
Intelligas. Ozi. *Si peccavi, soror, non causam dico,*
Quod meritus sim feram. Jud. *Tun' tempus aut diē,*
Quo nobis subveniat, statues Deo? ut nisi
Intra quinque dies opem ferat, tu urbem impiis Troch.
Hisce dedas hostibus? ah! itáne consulem,
Ac civitatis principem facere decet? hoc mea
Fidei credas velim: neque tali oratione, neq; animo
Nobis placandus est Deus: Dimer.
Quo quidem ad iram illum provocaveris facilius. Catal.
Non ille benignitati, ac clementiæ sua

Tempus

Tempus à nobis sibi præscribi postulat:
Tum demum succurret, cùm divinæ illius
Voluntati visum fuerit, nostræq; saluti
Expedire cognoverit. Itaque nunc subsidium, atque
Ejus imploremus; nostráque crimina
Confessi, oremus supplices, ut cùm illi maximè
Placebit, tum nobis potissimùm auxilium ferat.
Scaz. *Quemadmodum quondam majores nostri, quando*
præceptis
Divinis post tergum rejectis contumaciter
Alienos coluerunt deos, graviter puniti, atq; hosti-
Troch. *Traditi, miseris interierunt modis:*
Ità & nunc idem ille patrum nostrorum Deus,
Suo nutu qui regit atque moderatur omnia,
Nostra ulciscens delicta, nos premi & affligi sinit.
Quam profectò afflictionem, quemadmodum
Nobis salutarem esse confido, ità brevem fore
Auguror. Atque hæc spes hinc nunc suggeritur mihi
Quòd impio aliorum deorum cultu contempto, piè
Ac religiosè ipsum unum veneratí sumus
Troch. *Hactenus.* Ozi. *O viraginem sanctam, fortem atque*
strenuam!
Vah! pudeat nos nostrî, qui viri, atque principes
Populi sumus. Ju. *In memoriã vobis redigite, obsecro*
Quo pacto Abrahamus, Isacus atq; Jacobus, patres
Nostri, qui omnes quidem viri fuerunt optimi,
Variis malis, & cladibus olim explorati, neque
Catal. *Animum tamen despondentes, divinam consecuti*
Sint gratiam. Sic etiam nunc, fratres, Deus
Nos exerceri, haud extingui sinet. Ozi. *Verissima,*

Quæ dixisti, sunt omnia: & laudo constantiam
Et pietatem tuam, mea Juditha. Nunc itaque
Te oramus, ut precibus, atque lacrymis tuis
Placare nobis coneris Deum: tibi (*scio*
Enim, quia mulier pia es & multò melior quàm nos,
Illum obtemperaturum magis. Jud. *Ehodum, au-* Troch.
scultate: nam
Quod facere in animo concepi, exponam vobis. Aza.
Quid, Juditha?
Jud. *Hac nocte ego cum ancilla mea Abra constitui*
ex urbe egredi.
Neque hîc, quid sim factura, perscrutari vos volo.
Deum tantùm orabitis, ut ancillam suam reverti Catal.
Permittat incolumem. Id si evenerit, utì
Confido, promitto vobis salva futura omnia.
Ozi. *I, mea Juditha: Deus tibi eunti, atq; redeunti*
sit comes.
Jud. *Spero ità fore: vos ad portam me opperimini,*
Nè sit qui egressum remoretur meum. Ozi. *Age,*
fiet. Deum
Immortalem! mulier mulieri quid præstat? virtus ei
Relucet ex oculis, gravisque severitas
Inest in vultu, atque in verbis fides. Aza. *Ad hæc*
Rara vitæ integritas, moresque amabilissimi (*lis* Troch.
Eam commendant maximè. Huc accedit admirabi-
Quædam, quanquam in cultu neglecto, formæ gratia.
Sed hoc demiror, Ozia, quâ causâ ea sit ex
Civitate itura, aut quidnam molitura sit Troch.
Mulier: nisi quicquid est quod conatur, confido ei,
Et nobis omnibus successurum feliciter.

Ozi. *Confido ego hercule quoque. Sed nunc, si placet,*
Troch. *Ad portam rectâ concedamus viâ, atque eam*
Illîc expectemus, dum veniat. Aza. *Age, in nobis nihil est moræ.*

ACTUS IIII. SCENA III.

Juditha.

Ejusdem generis versus.

Difficile pol, atque arduum est, quod molior, & tamen
Spes magna habet animum, hanc rem mihi
Successuram ex sententia. Sed quoniam viribus
Humanis effici id nullo modo potest,
Orandus est mihi Deus, ut meis succurrere
Et subvenire dignetur conatibus.
Clementissime, cœli terræq; conditor, Deus,
Qui es Dominus Simeonis patris mei: cui
Virtutem, ac fortitudinem, atque adeò memorabilem
Victoriam contra hostes olim tribuisti tuos:
Oro te, atque obsecro, ut divinâ gratiâ
Tuâque benignitate animum corrobores mihi:
Ut in eo, quod tuo, ut arbitror, afflata numine
Troch. *Adorior, facinore, constanter perseverem.*
Nè patere, mi Deus, ut hoc impium, atq; barbarum
Hominum genus impunè in sanctissimum tuum
Illudat nomen; nósque divino tuo
Hactenus addictos cultui, majoribus
Affligat cladibus: bellóque superatos miserrimam
In servitutem abripiat sibi. Quin potiùs, pro tua
Troch. *Pristina erga nos, effice, facilitate & clementia,*
Ut gloriosus ille, atque efferus suarum virium

Osten-

Ostentator, tuíque numinis contemptor improbus,
Ab imbelli illusus muliere, intereat turpiter.
Utque ipsâ re nobis declares, quàm nihil
Omnino adversus invictam tuam potentiam
Hominum impiorum valeant vires: Tum quàm mi-
sere insaniant,
Et quantopere sese fallant, qui copiis,
Qui gladiis, qui scutis, atque sagittis, qui quadrigis, Hyper.
suóque
Equitatu freti, contra te insolenter cristas erigunt.
Erit hoc per totum terrarum orbem memorabile, Troch.
Inprimis glorioſum nomini, si is, qui (*ac tuo* Scaz.
Non solùm homines, sed etiam ipsum cœlum suis
Terret minis, non multitudine militum,
Aut bellicâ virtute, sed per inermem fœminam, è
Medio sublatus, risui sit omnibus.
Hæc quæso nunc sic nobis eveniant, Deus:
Ut impii hominis exempti tyrannide, (*tiam.*
Summis tuam in nos laudibus evehamus munificen-
Eia, feliciter succeſſurum auguror,
Adeò divino afflatus œstro, animus gestit mihi.
Nunc tempus est, ad exeundum ut me parem.

ACT. IIII. SCEN. IIII.

Ozias, Azarias, Juditha.
Ejusdem generis.

Bono animo esto, Azaria, haudquaquam etiam
cessat, &
Illam jamjam hîc tibi adfuturam polliceor: proin
Tu vanam istam solicitudinem quæ te discruciat, Troch.
Ex animo fac ut amoveas tuo. Aza. *Credo quidem*

Venturam eam, Ozia: sed quid sit effectura nescio.
Ozi. *Nescio ego quoq3, & tamen spero Deum non*
deserturum suos:
In eo omnis spes sit nobis: quandoquidem in humanis viribus, (spes
Aut opibus nobis præsidii est nihil. Aza. *Sed nè illa*
Nos frustretur, vereor miser. Ozi. *Age, non fiet; bene*
Troch. *Ominare: at eccam eam cum ancilla huc conspicor*
Catal. 2. *Accedentem.* Aza. *Est, an non est? certè ipsa est.*
Eia, ut venusta,
Atque elegans est, omni suo mundo expolita,
Dimet. *Ornatáque splendidissimé!* (gratia.
Ozi. *Tum quemvis ornatum nativa forma excellit*
Troch. Jud. *Adsum Ozia, ut quod facturam me recepi,*
Vobis præstem. Ozi. *Hem, constanter, atq3 fortiter:*
Laudo. Jud. *Deum omnes tantùm orate supplices,*
Ut quicquid illud est quod molior, suâ
Nobis secundet indulgentiâ. Aza. *Eheu, Juditha!*
Dimet. *Quàm ego nunc tibi timeo miser!*
Jud. *Azaria, absit timor, animíque trepidatio: nihil*
Cuiquam innocentia incolumi accidere potest mali.
Scaz. *Tum si omnino moriendum fuerit, pro patria mori*
dulce & (parvi æstimo.
Decorum erit mihi. Dum nè ob malefacta pereo,
Ozi. *O mulierem piam, fortem, atque strenuam!*
Scaz. *Age, macte virtute: Deus faxit, ut quicquid*
Id est, quod animo tam magno concepisti, tibi,
Nobísque omnibus, ex animi succedat sententia.
Jud. *Spero ità futurum. Nunc portam, Ozia, jube*
Aperiri, ut quò ire constitui rectâ pergam viâ.

Ozi.

Ozi. *Effectū est quod vis, enpatet. Deus deducat, ac*
Reducat te salvam, atque incolumem. Aza. *Egressa*
est illa; quo
Animo atque consilio planè nescio. Ozi. *Ego quoque*
Id, quod facere conatur, nè conjecturâ quidem Troch.
Assequi possum: nihilominus tamen id profuturum
Confido: nam mulierem esse scio eâ prudentiâ
Atq; ingenii industriâ, ut quodcunq; fuerit aggres- Troch.
Temerè aut inconsideratè, sed sapienter, & (sa, non
Bono consilio susceptum esse dixeris.
Aza. *Est isthuc quidem in his nostris calamitatibus*
Et ærumnis magnum solatium mihi:
Sed illud multò majus ac firmius
Esse arbitror, quòd mulier est antiquâ fide,
Moribus integris, ac rarâ vita sanctimoniâ: Troch. 2.
Et propterea spero Deum illi adjutorem fore.
Oz. *Idem & ego persuasi mihi. Sed nunc tempus est,*
Ut ad somnum nos componamus: cras simulac di-
luxerit,
Omnem populum ad preces continúas excitabimus,
Atque exhortabimur seduló. Aza. *Age, ubi vo-*
les: I præ, sequor.

ACT. IIII. SCEN. V.

Juditha, Abra, Labrax, Thraso.

Ejusdem generis versus.

GAudeo tandem nos hunc superâsse montem,
cujus ut
Ascensus difficilis, atq; molestus fuit,
Ità descensus nobis erit facillimus. (procul
A. *Est ut dicis, hera.* Iud. *Tum exortus solis, qui non*

Abesse videtur, efficiet, necubi aberremus à via.
Abr. *Verum id quidem: at at, quid hoc?* Jud. *Quid, Abra?* Abr. *Nescio*
Quos huc ad nos armatos properare video. Jud. *Bono*
Animo esto, facilè illos placavero: meditata enim
Jamdudum in pectore mihi sunt consilia omnia.

Catal. Lab. *Vide dum sodes diligenter Thraso,*
Ut fontes hos observandos, ac præsidio satis
Troch. *Firmo muniendos cures.* Thr. *Isthuc herculè*
Curatum est seduló: nullus enim jampridem hauriendæ aquæ
Troch. *Gratiâ, cujus tamen inopiâ laborant maximè,*
E civitate unquam fuit ausus egredi.
Sed hem, quid isthuc Labrax? mulieres duas
Propiùs huc accedentes conspicio. Lab. *Prô Jupiter!*
Troch. 2. *Monstri simile. Ehodum, caveamus nè os sublinatur*
Nobis. Quin procurramus eis obviàm, (sistite
Ac comprehendamus, quantum possumus. Hem, con-
Troch. *Istîc illico, atque gradum cohibete venefica.*
Jud. *Salvete viri humanissimi.* Lab. *Apagè, dico ego*
Nobis insidias fieri. Jud. *Animo quieto estote, ac mit-*
Nos, obsecro: nam neq; vobis insidiæ, neque (tite
Quicquam omnino à nobis metuendum erit mali.
Thr. *Id nè fiat summa est adhibenda cautio.*
Sed cujates estis, aut unde venitis tam manè?
Jud. *Mulier sum Hebræa, ex civitate Betuliæ*
Troch. *De nocte huc ad vos egressa clanculum.* Lab. *Hem,*
Seaz. *Betuliâ! quâ gratiâ?* Jud. *Ut imperatori*
Vestro indicem, in quam afflicto, atque misero statu
Res sint civium: & simul commonstrem quo modo

Urbem

Urbem facillimè capere posſit, nè uno quidem
Ex copiis ſuis amiſſo. Thr. *Eho, bene herculè,*
Atque ſapienter à te factum eſſe arbitror,
Mulier, quæ in tempore ſaluti proſpexiſti tuæ.
Nam eâ pol formâ eſſe videris mihi, ut potiùs
Servari, quàm cum ſceleratis illis perire debeas.
Neque eſt quod à nobis metuas tibi. Quin ſcio
Adventum & conſpectum tuum Holoferni duci
Noſtro gratiſſimum futurum. Agite dum, ſequimini:
Ad illum vos rectà deducemus. Jud. *Placet.*

ACT. V. SCEN. I.

Holofernes, Ammonides.

Ejuſdem generis verſus.

PUlchrè pol etiam nunc, quod à me eſt inſtitutum Catal.
Proceedit opus, atq; adeò opportunè admodũ hæc
Mulier ſe nobis obtulit: quæ, quomodo
In civitate ſeſe habeant res, mihi narravit omnia.
Sed qualem ego nunc illam dicam eſſe fœminam?
Quâ herculè venuſtiorem nullam uſquam arbitror
Reperirier. Quare nimis ego illam aſpicio lubens.
O faciem pulchrã! deleo omnes dehinc ex animo mu-
Tædet harum quotidianarum formarum. (*lieres:* Troch.
Sed eccum Ammonnidem exeuntem conſpicor.
Am. *Quanquam in ſubigendis hiſce Iſraelitis magnus hactenus*
Nobis ſuſceptus eſt labor: patienter tamen eum
Ferendum, tolerandúmque eſſe exiſtimo, vel ob
Eam ſolùm cauſam, quòd tam formoſæ, atque optimè
Moratæ, apud illos reperiantur fœminæ. At
Eccum imperatorem, haud prævideram. Hol. *Hem*
Ammonnide,

Quid ais? itáne & hujus mulieris Hebræa tibi
Forma placuit? Am. *Perplacuit pol, dux illustrissime.*
Hol. *Eia, minimè te hallucinatum esse arbitror:*
Nam & ego quopacto satis illius pulchritudinem,
Elegantiam, ac festivitatem prædicem,
Troch. 2. *Planè nescio, Ammonide: & nôsti, ut opinor, quàm*
Oculatus formarum spectator siem.
Am. *Nè comparanda pol quidem hæc est ad eas, quæ in regionibus*
Reperiuntur nostris. Hol. *Nova figura oris, color*
Verus, corpus solidum, ac succi plenum. Porrò mores
Tam excellenti formæ per omnia congruunt. (huic
Troch. *Præterea, quod in nostratibus rarissimum est*
Mulieribus, facundiam admirabilem,
Prudentiámque in illa deprehendisse videor mihi.
Itaque quod se recepit facturam, de eo quidem
Haud dubium est mihi. Sed intrò nunc eamus, &
Troch. *In castra ad nostros revertamur.* Am. *Agedum, ut*
lubet, sequor.

ACT. V. SCEN. II.

Juditha, Abra, Thraso.

Ejusdem generis.

ENimvero gaudeo, Deóque gratias ago,
Cùm id quod meditor, etiam nunc mihi cedat
feliciter. (militibus
Hem, sequere me, Abra. Abr. *Vix ausim, hera, cùm*
Completa sint hîc omnia. Jud. *Esto animo bono,*
Dimet. *Nihil nobis periculi est:*
Nam etsi deprehendamur, mandato tamen (enim
Ducis Holofernis salvæ atq; incolumes erimus: id

Per

Per tota edixit castra, nè nobis, etiam
De nocte egredientibus, obsit, aut noceat quisquam. Troch.
Sed obviàm video nobis venientem nescio
Quem: præsenti, fortíque animo fac ut sies.
Thr. *Spero ego nostros hos excubandi vigilandíque* Catal.
Labores admodum breves futuros, cùm isti apellarũ Scaz.
Gregi ad restim res jam devenerit planissimé. (or.
Sed nescio quem pedum strepitum mihi audire vide-
Mulierem illam Hebræam esse credo, cui noctu etiam quolibet
E castris egredi ut liceret, imperator (adoriar, Catal. 2.
Nostri voluit exercitus. Ipsa hercle est cum ancilla;
Ac compellabo comiter: Nam pol mulier mihi
Visa est elegans, probísque ornata moribus.
Matrona salve: quò tibi iter est? Jud. *Oratum exeo*
In proximam hanc vallem: quod ab Holoferne principe (his
Vestro permissum est mihi. Thr. *Perge ut cœpisti: in*
Nostris castris nullus erit, qui aut dicto, aut facto nocebit Catal. (&
Tibi. Jud. *Pro isthoc beneficio vobis gratiam habeo,*
Habitura sum, quoad vixero. Abra sequere. Thr. *O mulierem*
Festivam, atque pulchram! In vita pol venustiorem Troch.
Vidi nullam. Itaque minimè herculè mirum, si eam
Magni faciat princeps, nihilque illi negandum existimet.
Jud. *Subsistendi nobis hìc jam dabitur locus.*
Secede hinc istorsum paulisper, donec te vocem.
Magnas tibi, mi Deus, ago gratias, quòd hæc,

Quæ

Quæ numine tuo afflata, facere cœpi, mihi satis
Secundâsti hactenus. Oro te porrò, Pater
Troch. *Clementissime, ut quemadmodum aliàs frequenter*
Catal. 2. *Majores nostros, omni humana destitutos*
Ope, præter ipsorum spem atque expectationem,
Gravissimis exemisti periculis,
Hostésque eorum, quamvis opibus, atque copiis
Catal. *Potentes, invictâ tuâ virtute delevisti,*
Et extirpâsti funditus: ità nunc quoque,
Nostrî misertus, hunc superbum atque impium,
Troch. 2. *Per me de medio sinas tolli tyrannum.*
Ut re ipsa, atque adeò gravissimo suo edocti malo,
Scaz. *Agnoscant homines illi barbari, haud unquam*
Frustrari, qui in te omnem suam spem collocant:
Scaz. 2. *Eósque inani opera, atque labore defatigari,*
Qui adversum te tuóque cultui addictos
Bellum suscipiunt. Peccata quidem nostra maxima
Troch. 4. *Esse fateor; sed tua, mi Deus, longè major*
Est benignitas: qua si nobis nunc opitulari
Digneris, profectò fiet, omnes ut tui
Numinis cultores divinam tuam
In se collaudent atque prædicent beneficentiam:
Utq; alii horum clade, interitúque territi,
Neque vim, neque ullam injuriam inferre audeant
Nobis. Quod ut nunc per me, gratiâ tuâ
Adjutam eveniat, obsecro, atque obtestor te, Deus.
Troch. *Sic tua maximè cunctis innotescet clementia,*
Si se facilem piámque in nos nocentes exerat.
Ehodum Abra, tempus est, ut, unde venimus,
Eò redeamus. Abr. *Ubi voles: præcede, consequor.*

ACT.

ACT. V. SCEN. III.

Holofernes, Moabus, Bagoas, Juditha.

Ejuſdem generis verſus.

O *Piparum, delicatúmque, utì præcepi, fac ut appares (etiam*
Convivium, Moabe: nam diem hunc totum, atque
Noctem, in lætitia cupio degere. Mo. *Et hoc, & ſi quid aliud eſt (me.*
Quod imperas, effectum dabo, princeps honoratiſſi-
Hol. *Ad hæc, vinum nobis pincerna ut optimum*
Promat, id imprimis fac cures ſeduló. Mo. *Fiet.* Troch.
Hol. *Atque adeò nè quid omnino deſit, quod ad*
Voluptatẽ excitandam, quódq; ad luxum & delicias
Aptum atque accommodum ſiet. Mo. *Memini, ta-* Catal.
metſi (rem
Non admoneas. Hol. *Tum Hebræam iſtam mulie-*
Nobis cupiam adeſſe in convivio, ut ſuâ
Nos recreet atque oblectet elegantia.
Quin Bagoæ id dedam negotii. Eho Bagoa,
Prodi ocyús. Bag. *Præſtò ſum domine; hem, impera,*
Si quid per me fieri velis. Hol. *Iſraelitidem (dè*
Illam mulierem abſque mora conveni, eíq; commo-
Loquendo perſuade, ut diem hunc nobiſcum in gau-
dio ac
Hilaritate exigat. Bag. *Dabo hercule operam, & me* Scaz.
impetraturum (vide
Confida. Hol. *I, atque matura reditum, eámque huc*
Ut reducas mihi. Verbis pol vix poſſem conſequi,
Moabe, quantopere hujus mulieris mihi
Placeat forma: & qua pacta mores ejus amabiles,

Vul-

Vultúſque decorus, tum vox illius, atque oratio
Troch. *Quovis melle dulcior, animum commoverint*
Meum. Mo. *Nihil mirum: namque haud ſimilis*
mulier mulierum
Noſtrarum, quæ ſtudent demiſſis eſſe humeris,
Cervice erectâ, ac vincto pectore, ut graciles ſien
Si qua eſt habitior paulò, pugilem eſſe aiunt: cibu
Catal. *Sibi ſubtrahunt. Quanquam bona eſt natura,*
Reddunt ſe curatura junceas. In hac
Scaz. *Genuinæ formæ gratia eſt: verus color, nullâ*
Cerussâ, purpuriſſo, aut ſtibio fucatus. Hol. *Ego pu*
Nullam in vita venuſtiorem vidi fœminam. (tia
Quare non deſinam, neque conquieſcam donec eâ pu-
Opperiamur pauliſper hîc, dum redeat Bagoas:
Quod jam jam futurum confido. Mo. *Placet.* Bag.
Optimè
Pol, atque ſapienter facis mulier, quæ principi (ne
Noſtro animũ induxiſti obſequi. Ju. *Ità decet ô bo-*
Nihil ille unquam mihi imperabit, quod non ſim
lubens (ſapi
Atque expeditè factura. Bag. *Benignè dicis, laudo:*
Dimet. *Meâ quidem ſententiâ.*
Sed age, properemus, nè quid noſtra illum offendat
cunctatio. (per ſolet
Hol. *Ut omnis mora, cupidè quicquam optanti, ſem-*
Eſſe ingrata & moleſta! At eccam eam cum Bagoa
Huc ad nos accedere video. Eho, quis me fortuna-
Si quidem hujus mulieris fruendæ copia (tior,
Concedatur mihi? Mo. *Id quidem facillimè*
Impetraturum te ſcio: nam quæ fœmina eſt,

Quan-

Quantumvis formosa, atque nobilis, quæ non Scaz.
Ad nutum se morigeram præbeat tibi?
Hol. *Blandè illam appellabo, atq; salutabo comiter.*
Eho mea voluptas, meum suavium,
Adventus pol tuus est mihi gratissimus. (*omnium*
Oh, ut te amplector lubens! Jud. *Nè ego mulierum* Troch.
Quæ vivunt sum fortunatissima, quæ placeo tibi
Dux invictissime. Hol. *Teneóne te, mea Juditha,*
Maximè animo expectata meo? At satìs jam cessatum est diu: (*mine,*
Eamus commessatum. Am. *Ubi voles accumbe Do-*
Parata enim sunt omnia. Hol. *Ehẽ Juditha, tu mihi*
Dextrum clande latus. Jud. *Id quidem faciam lubens:*
Si quidem ea quæ ancilla apparavit, apponi sinas
Mihi. Hol. *Sino: Moabe, fac ut accumbant cæteri.*
Mo. *Curabo seduló.* Hol. *Nunc genio indulgeamus,* Catal.
Atque hilares simus omnes. Agite, quisque sibi
Sumat, quod palato, atque gulæ sapiat maximè. Troch.
Nam neminem apud mensam decet verecundarier.
Moabe, hunc tibi præbibo cyathum. Mo. *Ut tibi salùti sit precor,*
Princeps clarissime. Hol. *Hem, vide ut respondeas,*
Idque unico haustu. Mo. *Faciam herculè seduló:*
Nam fauces aridítate crepant mihi. Quid hoc,
Satin' tibi placet, Domine? Hol. *Pol strenuum*
Virúmque fortem te esse judico. Oh, mea
Vita, mea voluptas unica, frontem exporrige, &
Te præbe hilarem. Jud. *Id quidem ut nunc cupidè,*
atque libenter faciam, tua

Domine

Domine, mihi præstat benignitas. Hol. *O mulier*
Lepidissimam! dispeream, nisi te plùs quàm oc
amo meos.
Da mihi osculum, anime mi. Jud. *Neque hoc, neq*
Aliud, quod à me petieris amplius, tibi negandu
putem.
Hol. *Eia, laudo. Sed quid cessant cyathi?* Bag. *Hu*
scyphum
Tibi, si placet, plenis propino faucibus,
Dux ornatissime. Hol. *Agè, nihil recusoi sed (pol es*
Audin'? ad fundum usque ebibas velim. Bag. *Nihil*
Æquè quod fecero lubens. Hol. *Mea Juditha,*
Troch. *Quanto jam formosior videre quàm*
Dudum! quanquam antè semper mihi visa es pul-
cherrima. (*hilarior.*
Jud. *Certè tu pol quidem, mi domine, multo nunc e*
Hol. *Verbum herculè hoc verum est: Sine Cerere &*
Baccho friget Venus. (*&*
Nunc genio indultum est satis. Agedum, surgamus,
In conclave unà eamus, delicium atque suavium
meum.
Jud. *Nihil detrecto.* Hol. *At at, quid istnc? vicit*
vinum quod bibi. (*sobrium!*
At dum accubabam, quàm videbar mihi pulchrè
Nunc postquam surrexi, neque pes neque mens sati
Suum officium facit. Mo. *Ehem, quid stas Bagoa?*
Observa principem, atque illum in conclave ducito.
Bag. *Non possum: nam ipse quoque pedibus insistere*
vix queo.
Et tamen experiar. Hem Moabe, subveni:

Solus

Solus enim tantum pondus ſuſtinere non poſſum. Scaz.

Mo. *Nunquam herculè, ità ut nunc, vino eum vidi obrutum.*

Bag. *Progredere placidè, Moabe: ego te ſubſequor.*

ACTUS V. SCENA IIII.

Juditha, Abra.

Ejuſdem rationis verſus.

EHem Abra, tu hinc à me forìs abſiſte longiùs,
Ac diligenter obſerva omnia. Ab. *Faciam hera.*
Jud. *Nunc tempus eſſe arbitror, ut, cujus exequendi gratiâ*
Huc veni, aggrediar opus. Tu, mi Deus, vires Scaz.
Suffice, animúmque confirma mihi: nè in memorabili
Ac præclaro hoc facinore deficiam turpiter.
Sic divina tua majeſtas tuáque potentia
Evaſerit longè commendatiſſima:
Si non per hominum vires, neque militum
Copias, ſed per me imbellem mulierem,
Nos, qui religioſè tuum nomen coluimus hactenus,
Ab impia horum barbarorum liberes tyrannide.
Eia; ſucceſſurum arbitror, adeò mens gaudio
Geſtit mihi. Abra, huc ad me accede protinus.
Ab. *Hera, adſum.* Jud. *Caput hoc in coriacea tua*
Reconde pera. Ab. *Hui, caput!* Jud. *Tace, atque deſine*
Rogare quicquam: modò, cujus ſit, narrabo tibi.
Ab. *Væ miſeræ mihi!* Jud. *Tace inquam, & eſto animo bono.*

Deum

Deum propitium habemus nobis: at move
Troch. *Te quantum potes.* Ab. *Moveo pol sedulò.*
Jud. *Inter eundum nihil est quod metuamus mali:*
Nam principis edicto satis tutæ sumus.
Ab. *Vide etiam sodes, nè nimiùm tibi confidas, hera.*
Jud. *Oh, potin' ut desinas? nihil periculi est,*
Inquam: nam adjutorem Deum mihi esse sentio.
Ab. *Ego pol quid egeris planè nescio: tum cujus sit caput,*
Quod in pera reconditum gesto, multò minùs:
Neque de eo quid dicam, aut quid suspicer scio.
Jud. *Nunc istuc percontari desine: Postea scies.*
Ab. *Etiamne lõgiùs ire paras? quò me ducis miserã?*
Jud. *Quieta esto, obsecro: ad urbem rectâ imus viâ.*
Nec quicquam nunc est quod timeas: nam longiùs
A castris digressæ sumus. Quin haud procul
A civitate nos jam abesse existimo.
Ab. *Utinam tu hæc vera prædices: sed dic mihi*
Amabò cujus sit caput quod porto. J. *Cujus sit rogas?*
Ab. *Age dum, dic sodes.* Jud. *Cujus arbitrare?* Ab. *Nescio,*
Hera: sed nihil est pol æquè quod sciam lubens.
Jud. *Age, dicam; quandoquidem divinâ gratiâ*
Omni periculo nunc exemptæ sumus:
Nam ad portam venimus. Ab. *Oh, audire gestio.*
Jud. *Holofernis Assyriorum principis est hoc, quod geris, caput.*
Troch. 2. Ab. *Væ miseræ mihi, nobísque omnibus!* Jud. *Tace*
Stulta: quos tu miseros appellas, ego omnium
Puto esse feliçissimos: utpote quibus

Propi-

Propitius est Deus. Ab. *Hera, téne ausam fuisse rem*
Tantam aggredi? Jud. *Quid ni, Abra? Non fit sine periculo*
Facinus magnum, ac memorabile: & Deum mihi
Adjutorem fore sperabam. Neque hæc me spes Scaz.
Fefellit: divinâ enim ope, non meis, id est
Effectum viribus. Sed quid portam pulsare cesso, Catal.
Et civibus tam insperatum impertire gaudium?
Heus, heus, aperito aliquis portam protinus. Ah! quid moramini?
Rem omnem vobis incolumem salvámq; esse nuncio.

ACTUS V. SCENA V.

Melchias, Juditha, Sadocus, Ozias, Joachimus, Achior.

Ejusdem generis versus.

CUjus ego vocem hîc audio? Jud. *Cujus arbitrare?* Mel. *Nescio.* (*ris,*
Jud. *Hem, nescis? Juditha.* Mel. *Túne huc reverte-*
Juditha, quam jamdudum interiisse putaveramus? Catal.
Jud. *Deus suâ me servavit clementiâ.*
Sed portam aperi, jam vos beavero. Mel. *Nihil*
Detrecto: ingredere. Agè, nunc dic sodes Juditha,
Quidnam adferas bonæ rei. Jud. *Dicam, sed non nisi*
Convocatis civitatis optimatibus. Mel. *Hem Sadoce* Troch.
Propera, ac Joachimum summum sacerdotem, & Oziam,
Reliquósq; urbis nostræ proceres huc accerse ocyús.
Sad. *Causæ quid dicam?* Mel. *Juditham rediisse. Eho, vola.* (*nobis*
Mea Juditha, dic amabò quid sit factum; aut unde Caal.

Salutem jam auguraris, cùm in gravissimis malis
Versemur miseri? Jud. *Haud miseros ego, sed felices*
esse arbitror,
Troch. *Quos Deus suâ protegit ac defendit clementiâ.*
Mel. *Confiteor id quidem esse verum: sed quidnam*
isthuc sit boni,
Quod te nunc nobis adferre ais, id herculè (obsecro.
Nimis scire cupiam, Juditha. Agedum, nè celato,
Sed video unà cum Sadoco accedentem Oziam, &
Quos accersi jussisti civitatis principes. (cæteros
Jud. *Hos ego nunc ingenti complebo gaudio.*
Ozi. *Ehem mea Juditha, itáne nobis te salvam re-*
stituit Deus?
Jud. *Utì vides, Ozia: atq; adeò re gestâ felicissimè.*
Itaq; animo jam nunc vos tranquillo atq; quieto esse
impero:
Catal. *In utramvis aurem otiosè ut dormiatis*
Scal. *Fratres.* Ozi. *Eho, dic mihi, quid factum est? aut*
quid isthuc est,
Juditha, quod tibi feliciter cessisse prædicas?
Jud. *Nescitis quantum ego vobis adventu meo ap-*
portem boni.
Ozi. *Mitte ambages, oro. Quin potiùs unico (dem*
Verbo dic, quo pacto se nostræ habeant res: quæ qui-
Afflictæ, imò desperatæ nobis fuerunt hactenus.
Jud. *Agite, expediam paucissimis. Hem, Abra, quod*
habes
In pera profer caput. Abr. *Accipe, hera.* Jud. *Eia*
adeste,
Troch. 2. *Atque spectate, obsecro, prodigium. Hoc Holofer-*
nis caput *Est,*

Est, principis Assyriorum, cujus insuperabilem
Tyrannidem, viresq; invictas extimuistis hactenus.
Ozi. *O facinus inauditum! Caput Holofernis, Judi-*
tha!
Quam ego rem novam audio? Joa. *Deum immortalem! nihil* (*put*
Unquam in vita audivi admirabilius. Tun' huc ca-
Adfers Holofernis? Jud. *Contemplamini, obsecro,*
An non sit. Ozi. *Præ gaudio, ità me Deus amet,*
ubi sim nescio:
Quia præter spem, atq; incredibile hoc nobis accidit.
Joa. *Bone Deus! cui unquam quicquam æquè felici-*
ter, atque commodè
Evenit? aut quis nobis fortunatior? (*testatem*
Nemo hercle quisquam: nam in nobis Deus po- Scaz.
Planè per te, mea Juditha, ostendit suam.
Jud. *Verè tu quidem isthuc dicis, atq; piè, utì te decet,* Troch.
Joachime. Hoc enim quod nobis obtigit bonum, haud
Industriâ aut virtute, sed divinâ ope (*meâ*
Et præsidio adepti sumus. Nam majus id est opus,
Quàm ut humanæ hîc quicquam sibi vires arrogent.
Ozi. *Scio, mea Juditha, scio, non nisi Dei opitulante*
gratiâ (*minus*
Te facinus tam arduum perficere potuisse. Nihilo-
Erit hoc tibi memorabile apud posteros tamen,
Te maximo vitæ periculo, in tanta rerum omnium Troch.
Desperatione nobis subvenisse: téque
Patriæ salutem vitæ præposuisse tuæ. Jud. *Nihil*
moror
Inanem gloriam: Deo solùm nobis sunt maximæ

Agendæ gratiæ, qui & vitam incolumem & integram,
Illæsámque pudicitiam servavit mihi.
Sed auscultate fratres, quid nunc porrò vos facere velim. (muris
Scaz. Ozi. *Quid, Judith*a? Jud. *Caput hoc Holofernis ex*
Suspendendum, & mox simulac exortus sol fuerit, in hostium (impetu
Castra irrumpendum vobis arbitror. Quo inopinato
Illi perculsi, ad excitandum principem
Dimet. *Suum procurrent illico.* (guine
Quem ubi obtruncatum atque volutatum in san-
Suo conspexerint, subitâ formidine
Atque pavore exanimati, fugient protinus.
Quos unà cum illis, qui hæc montosa loca incolunt,
Vos insecuti facilè trucidabitis,
Atq; interimetis omnes. Sed priùs Achiorem velim
Huc ad nos accersi jubeatis: ut videat ejus caput
Qui gentem Israeliticam contempsit tam procaciter.
Et à quo ad nos, tanquam ad mortem, est missus. Ozi. *Age, fiat: hem*
Sadoce, propera, atque Achiorem ex nostris huc accerse ædibus.
Sad. *Faciam herculè seduló.* Ozi. *O nos felicissimos!*
Troch. *Eia Judith*a, *næ tu mulier es pia, atque beata*
Præreliquis, quæ vivunt, mulieribus: cùm tibi
Propitius sit Deus, qui tanta támque prodigiosa per
Te nobis præstitit. Ju. *Ozia, hic solus laudandus, hic*
Nunquam intermittendis celebrandus est præconiis.
Sed adest Achior: ehodum Achior, en caput illius,
Qui

Qui propter nos tibi infensus, se perditurum te Scaz.
Miseris minabatur modis! Ach. *Deus bone!*
Quid istuc est prodigii? ab! animus pol stupet,
Genuáque deficiunt mihi. Joa. *Ehem, quid istuc, Achior?* (secro, &
Itáne in terram prolaberis? animum recipe, ob-
Ad te redi. Ach. *O admirandam Dei potentiam!*
O mulierem quavis beatiorem fœminâ!
Nihil unquam in vita audivi admirabilius.
Nunc itaque relictis, quibus hactenus involutus Troch.
Fui, erroribus, eundem quem vos veneramini,
Quoad vixero, religiosè colam Deum:
Si modò vos in consortium vestrum me recipere
Dignemini. Joa. *Euge, recipimus, ac libenter her-*
culé. (tia.
Jud. *Bene facitis: & Deo pol nobis est habenda gra-*
Nunc quisque se ad pugnam paret. Mel. *Age, pla-* Scaz.
cet: faxo armatos
Nostros omnes hîc præsentes videatis protinus.
Ozi. *O nos felices! cùm tuâ operâ ac virtute, mea*
Juditha, (tulit
Immanem hunc, impiúmque tyrannum è medio sus-
Deus. Sed quonam nos munere tantam hanc tuam
Erga nos compensabimus beneficentiam?
Quibus te laudibus, quibus celebrabimus præconiis?
Nihil unquam tam magnificè dicemus vel facie-
mus tibi,
Quin virtus plus mereatur tua. Jud. *Apage sis, nihil*
Ego me promeritam existimo. Dimet.
Quod divinæ acceptum ferri debet clementiæ,

Ob id me aut magni pendi, aut laudari à quoquam impium,
Et iniquum esse arbitror. Sed heus Sadoce, tu
Caput hoc de muro conspiciendum propone hostibus:
Nisi quid dissentitis fratres. Joa. *Et hîc, & alibi tibi*
Lubenter paruerimus, Juditha. Sadoce, ocyùs
Hoc effectum reddito. Sad. *Faciam herculè sedulò.*
Troch. Ozi. *O Deus, serva obsecro nobis hæc bona.* (*Bone*
Sed Melchiam eccum redeuntem conspicio procul.
Deus, quantam hominum adducit multitudinem!
Videte sodes quàm læti & quàm alacres sient.
Joa. *Nihil pol mirum, tanto ac tam insperato in-*
tellecto nuncio. (*petu*
Jud. *Portam nunc aperiri jube, Ozia, ut omnes im-*
Troch. *Inopinato simul in hostes irruant.* (*ros:*
Ozi. *Agedum, pandatur porta. Eia, præbete vos vi-*
Et strepitu clamoréque quanto potestis maximo,
In hostium irrumpite castra, & divinâ freti gratiâ,
Fugate, sternite, atq; trucidate impium, (*cedite*
Ac barbarum istud hominum genus. Mel. *Eho, pro-*
Viri, victoriam nobis in manibus constituit Deus.
Fugam dabunt, ubi ducem suum occisum cognove-
rint.

ACT. V. SCEN. VI.

Thraso, Labrax, Bagoas, Ammonides.

Ejusdem rationis versus.

INfortunatos pol Labrax ego nos esse arbitror,
Quibus super montem hunc usque excubandum
ac vigilandum fuit:
Cùm reliqui nostri exercitûs duces genio

Interea

Interea indulſerint, vinóque ſe compleverint
Affatim. Lab. *Hac belli alea eſt, ſed luceſcit: qui-* Troch. 2.
eſcendi
Atque adeò potandi, ſi lubet, jam dabitur copia.
Sed quid hoc rei eſt, quòd tantam civium
Ex urbe conſpicio erupiſſe multitudinem?
Cùm nullus omnino auſus fuerit prodire hactenus.
Thr. *Neſcio per Jovem: quin huc ad nos rectâ per-*
gunt viâ. (*ſperatio,*
Lab. *Credo, ut fit, omnium rerum inopia, atque de-*
Ignavos etiam fortes ſtrenuóſque facit. Thr. *Age,*
In caſtra nos ſine mora conferamus, &
Rem, quo pacto ſe habeat, renunciemus. Lab. *Conſulis*
Probé. Bag. *Expergiſcere ſodes Bagoa, ſomnúmque*
oculis excute:
Nam clarus jamdudum illuxit dies: pol crapulam
Heſternam nondũ etiam me edormiviſſe ſentio ſatís:
Neque mirum id certè, cùm nunquam me epulatum
meminerim
Lautiùs, nunquam prolixiús. Nunc imperator Troch.
Noſter in amore eſt totus, mulierem illam comple-
ctens, quâ ego
Pol in vita elegantiorem vidi neminem.
Sed eccum Ammonidem. Heus Ammonide, quid
te tam manè
E lecto expulit, qui herì tantum biberas? Am. *Sitis* Troch.
Mehercule è primo ſomno exporrectum me, hactenus
Miris diſcruciavit modis. Ohe, cedò quod bibam.
Bag. *Hui! etiam nunc homo eſt ebrius. Sed quid hoc,*
Quod milites huc ad nos perturbatos properare vi-
deo?

Thr. *Opportunè pol te hîc ſtantem reperimus, Bagoa.*
Bag. *Ah! quid trepidatis? quidve exanimati eſtis, obſecro?*
Lab. *Ad principem in conclave ingredere protinus.*
Catal. Bag. *Quid ità?* Thr. *Rogas? hoſtes omnes ex civitate*
Egreſſi, celeri huc accurrunt gradu. Bag. *Quid audio?*
Lab. *Age, propera, quid ſtas?* Bag. *Non auſim.* Thr.
Hem, non? quid igitur
Faciendum cenſes? Am. *Nos illos facilè repulerimus*
Scaz. *Maſtigias.* Lab. *I ſodes, Bagoa: nam quod*
Cavere potes, ſtultum eſt admittere. Bag. *Eo.* Am.
Vah! neque
Verum neque veriſimile mihi videmini
Dicere, neq; utì ſortes viros decet. Th. *Vera herculè*
Quæ nunciamus invenietis omnia.
Et pol ſatìs conjicere, aut intelligere nequeo,
Unde hæc tanta apud hoſtes exiſtat rerum commutatio, ut
Qui ex muris urbis jampridem vix auſi fuerint proſpicere,
Nunc non metuant ad noſtra caſtra propiùs impetu
Tanto procurrere. Bag. *Væ nobis miſerrimis!*
O cœlum, ô terra, ô maria Neptuni! Am. *Hei mihi!*
Quid ità times, tremíſq; Bagoa? Bag. *Nulli ſumus,*
Actum eſt, Ammonide. Lab. *Quid ità? cedó.* Bag.
Periimus funditus.
Am. *Quin dic, quid eſt?* Bag. *Holofernem noſtrum principem*
Obtruncatum in conclavi reperi miſer.

Adeſte

Adeſte ut ſpectetis flagitium. Am. *Prohibeant*
Iſthuc ſuperi: væ nobis infelicibus!
Lab. *O facinus indigniſſimum!* Bag. *Hebræa illa ve-*
neſica
Os ſublevit nobis, quam nuſquam ego invenio. Vah!
diſpudet,
Tam turpiter nobis data eſſe verba. Am. *Eſt, ut*
ais, Bagoa;
Illa nos miſeros ſuis circumvenit fallaciis. Troch.
Thr. *O ſcelus inauditum! ô ingentem confidentiam!*
Hinc ille repentinus hoſtium incurſus Troch.2.
In nos. Eheu! quid conſilii das, Ammonide?
Am. *Neque pol conſilii locum habeo, neque auxilii*
copiam:
Nam ità ſum perturbatus, ut animum Dimet.
Ad cogitandum inſtituere nequeam. Tum præ for-
midine
Pedibus vix inſiſto miſer. Bag. *Quin fugimus, quan-*
tum poſſumus:
Dum ſalvi, atque incolumes ſumus. Am. *Non diu*
erimus, per Jovem:
Namque hoſtium imminentium ſtrepitum, ac tubæ
Vocem audire videor mihi. Fugiamus, Bagoa.
Bag. *Probè mones.* Am. *Præcurrite vos: ego jamjam* Scaz.
Cum toto ſequar exercitu. Sed næ ego homo ſum
Stultiſſimus, qui non ipſe mihi in tanto conſulam
Periculo. Agè, nihil moror exercitum:
Namq; hocce tempus præcavere mihi me, non aliis
ſinit.

ACTUS V. SCEN. VII.

Melchias, Sadocus, Azarias.

Iambici senarii & septenarii.

NVnc irruendi tempus esse existimo.
Hem, macte virtute: Deus nostros conatus suâ
Secundabit clementiâ. Sad. *Agite, quisque se*
Virum præstet. Nè metuite impias hominum
Troch. *Barbarorum copias: nam adversus hos abundè*
Nos muniet, atque tuebitur Deus. Et si humanitus
Quid fortè nobis acciderit, equidem pro patria,
Ac religione qui perit, non interit pol turpiter.
Sed quidnã hoc esse dicam, Melchia, quòd è castris
Scaz. 2. *Videmus prodeuntem neminem?* Mel. *Credo*
Illos resciviſse imperatoris sui
Necem, & ob id perculsos metu fugisse. Sad. *Ità*
Me Deus amet, ut mihi nunc verũ videris dicere.
Odon. *Accedamus propiũs. Deum immortalem! deseru*
hîc ego
Conspicio esse omnia. Eho, accurrite, spolia
Hîc nobis sunt relicta splendidissima. Mel. *O*
Odon. *Admirandam divini numinis clementiam!* Aza.
Bone
Deus! quàm sæpe eveniunt, quæ non audeas
Sperare? Sed quidnam faciendum censes, Melchia?
Hostésne persequemur, an priùs urbis principes
Scaz. *Hujus rei reddemus certiores, ut*
Ex illorum sententia agamus, quicquid hîc
Faciendum porrò sit nobis? Mel. *Mittamus protinus*
Aliquem: quin tu potiùs ipse I, Azaria, rei

Tam

Tam prodigioſæ nuncius. Nos interim
Partim prædam hanc opimam, quam nacti ſumus,
Servabimus, partim fugientes inſequemur Catal.
Hoſtes. Aza. *Nihil pol unquam injunctum eſt mihi,*
quod fecerim
Lubentiùs. Nam ego gratiſſimum apportabo nuncium. Octo.
Age Azaria, omnem è corpore torporem excute:
Viarſumque omnes aſpernare crepidines.
Nam quemcunque hac in re laborem ceperis,
Eum tibi abunde penſatum iri credito.
Sed ſatis hîc ceſſatum eſt: nunc me in pedes quantum queo.

ACTUS V. SCENA VIII.

Ozias, Juditha, Joachimus, Azarias.
Ejuſdem generis.

ENimvero, niſi me mens fallit, ſpero ex ſententia Octo.
Hanc rem nobis porrò eventuram, Juditha:
Adeò animus nunc gaudio geſtit mihi. Jud. *De eo*
Pol haud dubito, Ozia. Sed extra portam paululum
Progrediamur: ſpero adfuturos modò, qui nuncium
Nobis gratum, ac jucundum ſunt allaturi. Joa. *Id*
quidem
Et ego brevi confido fore. Aza. *Deus bone!*
Boni quid adfero? Sed nequaquam hîc mihi (mora.
Subſiſtendum arbitror. Ad urbem ſine ulla pergo
Ozi. *Hem Juditha, neſcio quem huc accurrentem*
video. (*de*
Bonum herculè, id quod apportat, fore auguror. Vi-
Ut geſtiat, ûtque latus, atque alacris ſiet.
Jud. *Azarias eſt.* Joa. *Aut ille eſt, aut oculi hal-* Catal.
lucinantur *Mihi.*

Mihi. Aza. *Sed non procul à porta video stare nesc*
Quos: illos primùm delibutos reddam gaudio. Joa. *I*
Catal. 2. *Est ipsus: occurramus.* Aza. *Eho, nemo gestiente*
Azariam videt? nemo illi gratulatum
Advenit? Jud. *Audin' quid dicat, Ozia?* Ozi. *Oh*
quid ni audiam?
Aza. *Sed adsunt, quos optabam.* Jud. *Hem Azaria*
quid ità (*tha*
Gestis, aut quid lætus es, obsecro? Aza. *Mea Judi-*
Troch. 2. *Quæ eventura prædixisti, contigerunt omnia.*
Hostes subito terrore, ac formidine
Exanimati, cuncti fugerunt turpiter.
Ozi. *O summis laudibus celebrandam Dei*
Dimet. *Benignitatem! ô numinis*
Divini nunquam nobis reticendam clementiam!
Oh, Azaria! oh, mi frater! quid nobis felicius,
Si quidem tu hæc vera prædicas? Aza. *Verissima*
Octo. *Reperietis quæ nuncio. Nunc adeò ad vos sum mis-*
sus, ut,
Quid præterea faciendum sit, statuatis protinus.
Joa. *Agite dum, ingrediamur, ut accitis cæteris*
Urbis magnatibus, de eo unà consultemus: &
Tantam, támque admirabilem erga nos Dei simul
Omnes laudemus, atque prædicemus beneficentiam.
Jud. *Piè atque prudenter. præcedite vos: sequor.*

PERORATIO.

Iambici senarii & septenarii.

POsthac egredientem hîc nullum videbitis:
Nam si quid est quod restat, intus transigetur.

At *Subsi-*

Subsistite etiam nunc paulisper, & coronidis vice Octo.
Quam autor subjicit, audite admonitiunculam.
Hæc, quam spectâstis, sacra est historia, non ludicra,
aut
Profana fabula. Itaque ad anagogen, ac mysticum
Arcanúmque rei sensum animos advertite seduló.
Vidistis hîc Holofernem, glorioſum atque impium
Suarum virium ostentatorem, qui non modò
Homines pios, sed ipsum etiam Deum procaciter
Convitiis probrísque incessere est ausus. Sed quam, Octo. 2.
precor,
Catastrophen nefanda illius sortita est immanitas,
Deóque exosa ostentatio? Non fortiter
In acie cum viris pugnans, sed ebrius
A muliere imbelli obtruncatur turpiter.
Eant nunc impii tyranni, ac viribus
Opibúsque suis confisi sese jactitent:
Minísque cœlum territantes, neminem sibi
Aut formidandum, aut extimescendum putent.
Cùm nihil adversus Deum ipsorum impotentes Troch.
Valeant molitiones, nihil conatus improbi;
Quos divinâ adjuti ope facilè declinant boni,
Ut sacra hæc nos docet, monétque historia: quam
Ludo vobis hîc exhibuimus comico.
Qui si placuit, agite dum sodes, PLAUDITE.

FINIS.

¶ PSEUDOSTRATIOTÆ FABULA JOCOSA, atque ludicra.

Actorum nomina.

PHORMIO, vietor.
DORIO, ahenarius faber.
PERILLA, Phormionis uxor.
BROMIA, Dorionis uxor.
LESBIA, caupona.
SYRA, Lesbiæ ancilla.
CHREMES, rusticus.
NISA, Chremetis uxor.

¶ PROLOGUS.

Trimetri Iambici.

PAcem, & quietem vobis atque publicam
Tranquillitatem grex exoptat scenicus,
Quicunq; huc confluxistis, fabulam hanc novam
Spectaturi, nostrósque Ludos comicos
Hodie vestrâ decoraturi præsentiâ:
Vos appello, quicunque liberalibus
Atque ingenuis animum excoluistis artibus:
Et candidâ qui humanitate præditi,
Studiis bonorum provehendis sedulò
Incumbitis, nigrósque odistis Zoilos.
Malevolos nil moramur: qui dum industriam
Nostram culpant, suam produnt inscitiam.
Nunc quàm sumus exhibituri audite fabulam:
Non sacram, aut seriam, ut consuevimus hactenus,
Verùm festivam, jucundam, atque ludicram.
Jocos hoc tempus postulat, & facetias,

Sales

Salésque, sed castos tamen atque innoxios.
His nos jam ludere permisit didascalus.
Neque id sibi vitio vertendum existimat.
Bonorum habet exemplum, quo se defendere
Facilè queat ab invidorum morsibus. Troch.
Valeant igitur malorum hominum calumniæ,
Quos non meliùs ulciscaris, quàm si auribus
Obturatis prætereas, nihilique æstimes.
Abunde sibi satìs factum putabit, si suam Sept.
Operam vobis non displicere senserit.
Cui hoc solum est in votis, ut quas hactenus
Et fecit, & posthac facturus est, bonis
Probet comœdias: sive illæ sint sacræ,
Seu sint futuræ ludicræ. Verùm satìs
Prolixâ oratione præfatus mihi
Videor. Agitédum, ad argumentum fabulæ
Attenti quæso estote absque ullis fabulis.

PERIOCHA.

Duo combibones admodum diluculò
Foras unà egressi, ad potandum commeant.
Uxores per totum illos quærunt oppidum.
Mox depr[illegible]os plagis contundunt plurimis.
Hi postea Hispanos mentiti milites,
Ruri adoriuntur rusticum, miserisque eum
Exercent, & cruciant modis. Qui sumptibus,
Magnisque impendiis gravatus, conjugis
Subsidio ex ædibus ambos exturbat, probè
Sugillatos. Compulsi mox inopiâ, Catal.
Domum se recipiunt: & confessi suam
Culpam, cum uxoribus redeunt in gratiam.

ACTUS

ACT. I. SCEN. I.

Phormio.

Senarii & septenarii Iambici.

NÆ ego hominũ qui vivunt sum infelicissimus;
Cui præter alia eáq; innumera incommoda,
tam procax,
Difficilis, támque imperiosa uxor contigit.
Cum furia quapiam infernali vitam agere mihi
Videor, adeò suis dies noctésque me exagitat,
Scaz. Cruciátque præstigiis. Quanquam operi sedulò in-
Usque officio meo perfungor gnaviter: (tentus,
Nunquam tamen suis me rixis atque jurgiis
Obtundere, & enecare cessat bellua. (esse me,
Mirum est profectò, etiam nunc animi compotem
Neque jampridem redactum esse ad dementiam,
Qui cum tali Tisiphone annos jam vixi plurimos.
O me temerarium, atque hominem multò omnium
Stultissimum! qui tam duro, & inamabili
Capistro collum irretiendum præbui: unde quo
Troch. Pacto me expediam, aut quibus rationibus
Scaz. Exolvam, planè nescio miser: tam arcto,
Támq; insolubili nodo illigatum me esse sentio, ut
Malè illos perdat Juppiter, nobis jugum
Scaz. Istud qui imposuerunt gravissimum: qui tam
Octo. Molestas, odiosásque maritis injecere compedes.
Sed quid agas? Quod factum est, infectum reddi non
poteſt.
Cui cum cacodæmone, ut aiunt, navem ingredi
Contigit, ei inter navigandum mores illius,
Omnésque sunt ferenda injuriæ: non diutiùs

Tamen

Tamen, quàm cùm in portum sit perventum: tum eo
Relicto, liberum est abire quolibet. (ser?
Sed quàm procul ego adhuc ab illo portu absum mi-
Neque de ulla re sum sollicitus magìs, quàm nè Scaz.
Adeum nunquam accessus concedatur mihi:
Nisi quis Deus Apomechanes, *utì dici solet,*
Apparens, de medio hanc tollat veneficam.
Tum ego me quovis homine feliciorem deputem. At
Nequaquam pol hoc est sperandum mihi, cùm ultra Scaz.
Nestoreos annos illa sit victura sacrilega. (Hem,
Sed jam satìs supérque querelarum esse existimo.
Virum, non fœminam te esse recordare, Phormio.
Quin potiùs ità te compara, ut quicquid animo
Ægrè est, procul abs te removendum atque pellen-
dum putes.
Agedum, sic pol posthac facere certum est mihi.
Nunc itaque quemadmodum statueram, his Bac-
chanalibus
Pagos vicinos, atque etìam longiùs ab urbe dissitos,
Perambulare pergo, probè, utì conspicamini,
Oneratus. Quoniam hoc tempore, rusticis passim Scaz.
Conviviis, atque genio indulgentibus,
Confido commeatum ventri haud defuturum Catal.
Famelico: ídque sine labore, atque opere tamen,
Quo pol domi miserè crucior, ac torqueor
Infelix. Sed quemnam huc procul accedentem con-
spicor?
Estne hic Dorio familiaris meus, ac fidissimus
Compotor? Is est ipsus, commodè herculé.
Hîc illum præstolabor, dum propiùs accesserit.

ACTUS I. SCENA II.

Dorio, Phormio.

Ejusdem rationis versus.

Hyper. MIrum ni mihi mater fuerit Ignavia,
Patérque Lethargus, ità laborem corpus extimescit
Meum, adeóque nihil otio dulcius est mihi. Itaque
Oct. Scaz. Relictâ, quæ me jam satis supérque defatigavit,
Troch. Officinâ; atque uxore, quam habeo domi,
Octo. Quavis molestiorem Xanthippe, lebete ac cacabo
In humeros sublato, opportuno hoc tempore,
Quo omnia passim lætitiâ, commessationibus,
Conviviisque perstrepunt, hinc longiùs
Abire decretum est mihi: ubi mea me haud facilè
Est inventura blitea. Satis jam diu
Non secùs ac claudus sutor desedi domi.
Credo reperturum alicubi me non opus,
Troch. Quod quidem cane pejus & angue semper horrui,
Sed pabulum huic gulæ atque aqualiculo gratissimũ:
Nempe petasonem, aut pernam, aut armum aliquem ovillum, bene
Troch. Assum. Cui quidem potus si accesserit
Talis, quali à summo mane, usq; ad multam noctem herì (quovis
Scaz. Me opplebam largiter: O (Deus bone!) tum ego me
Apitio beatiorem, atque adeò ipso Midâ,
Scaz. 2. Aut Crœso ditiorem existimem. Et spero
Eventurum quod auguror, ità animus præter
Solitum gestit mihi. Sed in ipso tempore
Eccum sodalem Phormionem non procul

Hinc

Hinc ſtantem conſpicor, aditer quoq; inſtructum, Scaz.
Vtì videtur. Nullum pol ego nunc obvium
Mihi dari malim. Accedam, atque alloquar. Hem,
hîccine
Aſtabas, Phormio? oh, ut te aſpicio lubens!
Phor. *Tuus quoque, per Jovem, conſpectus, Dorio,*
Mihi longè eſt gratiſſimus: atque ob id procul
Te huc accedentem conſpicatus, ſubſtiti
Lubenter herculè, atque adventum expectavi tuum.
Dor. *Facis amicè, atque ut te decet.*
Sed quid te tam manè evocavit è lecto, qui herì Dimet.
Tantum biberas? Lucri bonus odor, opinor, afflavit Scaz.
Nares tuas. Phor. *Non pol ſpes lucri, aut quæſtus* Octo.
tam diluculò, at
Vxor ſuis è nido me exturbavit jurgiis.
Dor. *Quid audio? etiam hîc illa tecum litigat?*
Phor. *Quaſi tua hoc nunquam fecerit hactenus.* Dor.
Frequentiùs
Quàm volui, Phormio. Phor. *Credo, & tamen mea*
Tuam longè ſuperat procacia: itaq; nuſquam mihi
Conceditur, illâ præſente, quies. Et ob id ubivis gen- Octo.
tium
Malo eſſe, quàm domi. Dor. *Sapis meâ quidem*
Sententiâ: nam ego quoque crucem non æquè atque
meam
Exhorreſco veneficam. Sed quò nunc eſt iter?
Aut ubi quæſtum tibi futurum exiſtimas?
Phor. *Ego hoc tempore, nè quid amicæ ſimulẽ, nullo* Scaz.
Labore me fatigare ſtatui: à quo aliàs quoque
Non mediocriter abhorrere ſoleo, ſed quod Scaz.

Dies hi poſtulant, curandam cuticulam
Mihi eſſe duxi, genióque indulgendum affatim.
Dor. *Cur igitur hæc circumfers, aut quare ad opu*
te paras?
Phor. *Vis dicam, Dorio? ut os uxori ſublinam.*
Octo. Dor. *Ha, ha, he, ad eundem modum ego quoque no*
rarò fallo meam. (*Non ſitis?*
Sed quid, quod te rogem? Phor. *Quid, obſecro?* Dor.
Phor. *Utinam ſit qui iſthuc cupiat experirier,*
Mihíque cantharum offerat! Malè peream
Niſi totum, quantumvis capacem, protinus unic
Hauſtu ebibam. Dor. *Mihi quoque ex compotatiun-*
cula,
Quam in multam noctem producebamus herì,
Fauces ariditate crepitant. Phor. *Eamus ergó: quid*
Stas? Sed ubi nunc cerviſiam arbitrare nos (*quere*
Inventuros bonam? Dor. *Non procul hinc: hem, ſe-*
Rectâ iſthùc jam te deducam viâ. Phor. *Quó?* Dor.
Ad Leſbiam. (*xim*
Troch. Phor. *Feſtivámne illam mulierculam, quæ in pro-*
Hoc habitat vico? Dor. *Eam ipſam.* Phor. *Eamus*
ergó: nam
Nimis vereor, nè, ſi hîc ſubſiſtamus diutiùs,
Uxor obtorto collo me intrò retrahat. At at, crepat
Oſtium: in pedes nos conjiciamus quantũ poſſumus.
Troch.

ACTUS I. SCEN. III.

Perilla.

Ejuſdem generis verſus.

EHo, quid hoc monſtri eſt? quò tam ſubitò meus
Hinc ſe ſubduxit furcifer? credo hîc eum

Aliquem

Aliquem conſpexiſſe cacadæmonem, adeò
Has horret ædes, adeóque invitus eſt domi.
Non tamen illum puto hinc tam citò abiiſſe longiùs,
Sed alicubi hîc aſtare otioſum proforibus,
Et cum vicinis de rebus frivolis, nihilque ad Troch.
Farinam conducentibus confabularier:
Aut percontari res novas. Quod pol multò facit
Lubentiùs, quàm opere ſe exercet ſuo. At
Quid hoc? nuſquam hîc ego illum conſpicio miſera.
Perii, mirum ni ſe rurſus aliquò abdiderit
In diverſorium, aut in proſtibulum potiùs.
Eheu! nullam me miſeriorem uſquam arbitror
Mulierem vivere. Utinam terra dehiſcat, méque Octo.
abſorbeat
Suo hiatu! tam me vitæ piget ac tædet meæ:
Nam cur hac luce frui cupiam diutiùs?
Quocunquè me verto, luctus atque miſeria
Me urgent, premúntque undique. Tum paupertas,
grave
Profectò onus, rerúmque neceſſariarum
Penuria, ad hæc liberorum grex inops, Troch. 2.
Nudus, atque famelicus, eò me redigunt infelicem,
Ut quò me vertam, aut quid agam, planè neſciam.
Eruſtra hîc ego lamentando conſumo diem. (*At*
Quin potiùs miſſas facio querimonias,
Quibus proficio nihil: atq; me ità comparo,
Non perpeti diutiùs nebulonis contumelias. Octo.
Quem jam, ubi ubi eſt, per totum quæram oppidum,
inventúmque ità
Exercebo, atque ulciſcar ſacrilegum, ut hujus Scaz.

Diei, meique, quoad vivet, memor fiet.
Et primùm visam apud Dorionem vicinũ hunc, ubi
Eum nunc esse cogito: nam cum illo potitat
Libenter. Dignum pol patellâ operculum:
Adeò ille huic nostro est similis per omnia,
Ignavus, iners, tardus, stipes, potator strenuus.
Unum si noris, alterum cognoveris:
In eodem mihi videntur ludo edocti ad nequitiam.
Sed eccam Bromiam ejus uxorem: hanc adoriar.

ACT. I. SCEN. IIII.

Bromia, Perilla.

Senarii & septenarii Iambici, admistis paucis octonariis.

VBi ille scelus est? vah! usquam est: heu me miseram! occidi.
Rursus tam mané? ut illum dii deæq; perdant, qui Scaz.
Tot mihi curas, tot solicitudines parit. (giam.
Porcum pol mihi maritum malim, quàm hunc mastigiam.
Per. *Irata est, neque quæ loquitur intelligo satis:*
Accedam propiùs, atque compellabo. Hem Bromia,
Quid est, quòd hîc stomachare ante ostium? aut quid accidit
Tibi? satin' salvæ res? Bro. *Hem, Perilla, tun' Hîc astabas? ignosce, non prævideram (age,*
Te. Per. *Credo: sed quid tristis es, aut quem incusas?*
Dic sodes Bromia. Bro. *Quem incusem rogas? quem nisi meum?*
Per. *Maritum?* Bro. *Eum ipsum; qui nunc si detur, faxo meas*
Experiatur manus: ostenderem quid sit, dolis
Ac sycophantiis uxorem fallere.

Per.

Per. *Tu pol mecum in eodem luto hæres, Bromia.* (cro?
Sed quid tuus ille designavit? aut ubi nunc est, obse-
Bro. *Credo hinc illum abiisse in malam crucem: &*
utinam (*imprecata sum*
Revertatur nunquam! Per. *Ego quoque idem sæpe* Dimet.
Meo. Sed cedò quod rogo.
Bro. *Dicam. Cùm heri totũ potando exegisset diem,*
Tandem multâ nocte reversus domum, (*Deum*
Immortalem!) *quam ille temulentus excitat*
Ibi nobis tragœdiam! quas turbas, & tumultus Catal.
Ciet! nunc quoq; cùm ego illum operi intentum puto
Nescio quò se clàm subduxit modò. Per. *Facilè,*
Ità me Deus amet, id esse divinabam: eosdem enim
Ludos hodie meus mihi fecit furcifer:
Et propterea huc illum quæsitum egressa sum foras.
Bro. *Quid ais? ô nos infelices, quæ talibus*
Maritis nupsimus! quid restat, obsecro,
Nisi ut perpetuò simus miseræ? nam meus quidem
Frugi futurus est nunquam. Per. *Neque de meo*
Quicquam spei est reliquum mihi. Dimet.
Adeò in naturam jampridem illi versa est malitia.
Tamen inultum, quod mihi fecit hodie, nunquam
auferet: (*sortis;*
Nam pergam eum porrò in omnibus quærere diver-
Pugnos, si vivo, non evitabit meos,
Ad manes imos etiamsi confugerit. Mori
Me malim, quàm non tantam ganeonis illius
Ulciscar impudentiã. Atq; idem, Bromia, tibi quoq;
Faciendum censeo: facilitate enim nihil
Effectum est hactenus: atque adeò tales eos

Nobis noſtrâ reddidimus indulgentiâ: dictum eſt vetus.,

Phryx non niſi verberibus emendari ſolet.

Scaz. Brom. *Agedum, placet. Malo nodo malus nobis*
Quærendus eſt cuneus. Per. *Rectè, laudo.* Brom. *Sequar*
Quocunquè præceſſeris. Per. *Ungues mihi pol pruriunt:*
Væ illis ſi quidem in noſtras hodie inciderint manus.

ACT. II. SCEN. I.

Phormio, Dorio, Leſbia, Syra.

Ejuſdem generis.

HEm Dorio, quo pacto ſe tuæ habent fauces, & quomodo (tur ſiccitate
Catal. *Valet ſtomachus?* Dor. *Rogas Phormio? pol gut-*
Jamdudum exaruit mihi: & lupo eſurientior
Sum. Phor. *Mihi quoque ſitim non parvam hæc concitavit ambulatio.*
Dor. *Væ cantharo illi, qui ori primus occurret meo:*
Nam pumice aridior, & quavis ſpongiâ
Siticuloſus ſum magis. Sed eccam Leſbiam
Foras conſpicio prodeuntem. Juppiter
Supreme, quàm elegans & quàm venuſta eſt! formæ gratia
Venerem ſuperat ipſam. Leſ. *Demiror nullum ex civibus*
Huc etiamnum divertiſſe ad jentaculum, (vibus
Præſertim hoc Bacchanaliorum tempore,
Scaz. *Quo adventuros ſperabam plurimos. Præter*
Opinionem iſthuc mecaſtor accidit mihi.
Sed credo, ut fit, frugalitatem ac temperantiam

Multos

Multos docet penuria: & hoc bellum, quo plurimos Scaz.
annos (dis,
Hæ noſtræ regiones miſeris jam divexatæ ſunt mo-
Multorum loculos exhauſit penitus: hinc noſter
quæſtus eſt (quibus
Frigidior. Nihilominus tamen credo adfuturos, à
Lucellum aliquod nunc expectandum ſit mihi. (pit:
Sed eccos quos volebam: pol Salus me ſervatam cu-
Non alios magìs ego nunc optârim mihi:
Nam belli ſunt homunculi, faceti atque lepidi.
Phor. *Accedamus, eámque appellemus comiter.*
Quem hîc ante ædes præſtolare Lesbia, Troch.
Suavium, atque delicium meum? Oh, ut te ample-
ctor lubens! (& ut
Leſ. *Vos opperiebar advenientes.* Dor. *Facis amicè,*
Te decet. Leſ. *Adventus pol veſter multo omnium*
Mihi eſt gratiſſimus. Dor. *Vis ut id ex animo exi-*
ſtimem
A te dici, Lesbia? age, da mihi oſculum, mea
Feſtivitas. Leſ. *Nihil detrecto: tale enim*
Quid vobis negare, aut eo etiam amplius, religio
Mihi eſſet maxima. Sed intrate ſodes, atq; ſarcinas
Deponite, ut hilarem latúmq; hunc ſumamus diem.
Phor. *Placet: ſed cantharum promi, & menſam in-*
ſternì jube. (ra.
Leſ. *Nihil in me erit moræ. Hem Syra, ocyùs exi Sy-*
Syr. *Adſum: quid me facere jubes, hera?* Leſ. *Inſterne* Scaz.
Menſam. Dor. *Primùm omnium amabò cerviſiam*
Promi jube: nam ingens fauces meas urget Scaz.
Ariditas. Leſ. *Næ tu pol antiquum Dorio obtines.*

Age

Agè Syra, prome cantharum. Dor. *O dulciſſimam*
Troch. *Cantiunculam!* Leſ. *Tales mihi hoſpites*
Gratiſſimi eſſe ſolent: nam edaces illos pamphagos
Nihil moror. Syr. *Sit fauſta vobis hæc cerviſia.*
Dimet. Dor. *Habeo pol gratiam, Syra;*
Tibi viciſſim benefaxim lubens: præbibo tibi
Scaz. *Dimidium, Phormio.* Phor. *Perge: quid cunctare,*
ceſſator?
Troch. *Nam ſiti hercle jamdudum enecor. Ut Dii*
Deæq; te omnes perdant! totum exhauris, impudens?
Dor. *Quæſo nè ægrè feras: nam imprudens ebibi.*
Mirum ni mihi favillæ aut prunæ inhæreant in gut-
Nam vix etiamnum me bibiſſe ſentio. (ture,
Troch. 2. Leſ. *Mitte iſthæc, Syra, & ſine mora alium prome*
Cantharum: atque audin'? fac diligenter annotes.
Syr. *In hoc profectò oblivioſa neutiquam*
Eſſe ſoleo. Phor. *Vah! quid moraris peſſima?*
Non verba tua, ſed cerviſia meam mihi
Troch. *Reſtinguet ſitim.* Leſ. *Quietus eſto, jamjam*
Aderit: atque eccum. Syr. *Hem, accipe.* Phor. *Uti-*
nam tam cupidè Deus
Animam excipiat meam, atque ego nunc hunc arri-
pio cantharum!
Dor. *Ut haurit helluo! Bithum cum Bacchio*
Commiſſum dixeris. Leſ. *Agitè, apparata jam ſunt*
omnia:
Ubi voletis, accumbite. Phor. *Accumbamus, Dorio.*
Hîc ego mihi locum deligo. Eho Lesbia,
Tu dextrum mihi claude latus. Tum ut Syra nobiſ-
cum quoque

Accumbat jube. Leſ. *Syra, cape ſedem, & Dorioni* Troch.
Te adjungito. Syr. *Nihil eſt quod æquè fecero*
Lubens. Leſ. *Nunc admovete manum patinis: apud*
Menſam etenim neminem decet verecundarier.
Phor. *Ego mehercule ſemper eo fui animo, ut ſi quid* Scaz.
Unquam eſſet appoſitum, incunctanter, atque liberè
Attingendum, ac diſcerpendum putaverim.
Dor. *Rectè, laudo: namque ideo non apponitur cibus*
Ut oculos oblectet, ſed ut ventrem ſaturet fameli-
Leſ. *Hem, nè cerviſia deſit curato, Syra.* (*cum.*
Syr. *Faciam pol ſeduló.* Leſ. *Eho Phormio, hunc*
Tibi præbibo cantharum. Phor. *Ut ſaluti ſit precor,*
Mea Lesbia, mea voluptas unica. Dor. *Hem Syra,*
Videre mihi ſubtriſtior. (*hil* Dimet.
Num quid te torquet, aut ſolicitat? cedó. Syr. *Ni-*
Omnino, anime mi. Dor. *Frontem igitur exporrige,*
Ac te præbe hilarem. Syr. *Id pol hoc tempus atque*
locus hiç poſtulat.

ACTUS II. SCENA II.

Perilla, Bromia.

Ejuſdem rationis.

OPportunè adepol iſthæc vicina Glycera
Nobis veniebat obviàm, noſtros maritos quæ
Ex urbe egreſſos ſe vidiſſe dicebat modó.
Brom. *Percommodè, ac feliciter ſanè: iſta enim*
Niſi hoc nobis indicium feciſſet, per oppidum
Totum hunc fruſtra illos quæſiviſſemus diem.
At nunc eò rectâ contendimus viâ.
Per. *Novi ego proſtibulum iſthuc, ad quod frequen-*
ter commeant.

Brom.

Brom. *Ubi illud est?* Per. *Non ità procul ab urbe.*
Brom. *Quod est nomen hospitæ?*
Troch. Per. *Lesbia.* Brom. *Vah! Lesbia? impurissima*
Illa est meretrix. Per. *Tenes. Tum ancillam habet*
Syram:
Nostin'? Brom. *Quidni? non arbitror in toto oppido*
Scortum usquam esse impudentius: adeò similes habent labra
Lactucas. Sed quid quod te rogem? Per. *Quid?*
Brom. *Hiccine*
Nos illos inventuras autumas? Per. *Non est dubium*
id quidem:
Nam illîc frequenter potitant. Hem Bromia, (mu.
Para ungues, non procul enim nunc ab ædibus absu-
Brom. *Non pol ungues modò, sed dentes etiam exa-*
cui meos. (meum
Nunquam me, per Jovem, quisquam exorabit, quin
Istum hodie, ut ìmeretur, ulciscar mastigiam.
Per. *Meum quoque (vah!) quibus exercebo modis,*
Næ ille sibi cum viragine rem esse dixerit.
Troch. *Sed placidè accedamus, nè præsentiant.*
Ego præibo: tu subsequere, Bromia. Brom. *Hem,*
sequor.

ACTUS II. SCENA III.

Phormio, Dorio, Lesbia.

Ejusdem generis.

O He Dorio, jam abunde satisfactum est stoma-
Nunc hauriamus, ac potemus strenui. (cho.
Hem, quid tibi vis, Syra? cantharus vacuus est: quid
si hoc rerum statu

Incen-

Incendium contingat, quo pacto reſtinguere mus?
Leſ. *Oh (bia,*
Periculoſum facinus! Hem, vola. Phor. *Mea Leſ-*
Quanto mihi nunc formoſior videre, quàm (or.
Dudum! Leſ. *Certè quidem tu pol multò es hilari-*
Phor. *Da ſodes oſculum, meum ſuavium. (pido*
Dor. *Bene herculè fecimus, quòd longiuſculè ab op-*
Sumus digreſſi: nam hîc, ut opinor, non facilè nos
Invenerint uxores. Phor. *Quid ſi invenerint?*
Nihil ego moror fœminam. Leſ. *Eia; ſic decet:*
Viros vos eſſe judico. Dor. *Hem, præbibo tibi, Phor-*
mio.

ACTUS II. SCENA IIII.

Perilla, Bromia, Dorio, Phormio.

Ejuſdem rationis verſus.

O *Cœlum! ô terra! ô facinus indigniſſimum!*
Brom. *Quid vociferare, Perilla?* Per. *O Juppi-*
ter! hæccine
Vides, & pateris? Brom. *Hem, quid eſt?* Per. *Ambo*
probè
Poti, inter meretrices duas hîc accubant.
Pudet me commemorare quæ vidi, per oſtii
Rimas proſpiciens clanculum: irruamus, Bromia.
Brom. *Agedum, præcede: ſequor. Ego meo, tu tuo*
In faciem unguibus involа venefico. Troch.
Per. *Hîccine ſedes, ſacrilege?* Brom. *Hîccine quæ-*
rendus eras, nequiſſime? (mihi!
Dor. *Me miſerum! ſuccurrite populares.* Phor. *Hei*
Perimor infelix: ſubvenite inopi. Brom. *Etiam*
Subſidium imploras, furcifer? Dor. *Ignoſce, obſecro,*

Si

Si aliàs unquam pedem foras extulero, occidito.
Brom. *Id nunc faciam.* Phor. *Eheu! parce, quæso, meæ*
Perillæ. Per. *Vah!*
Tibi ego parcam omnium? Dor. *O me infelicissimum!*
Phor. *Ah! siccine me, uxor, strangulas?* Per. *Hem*
Bromia, (*lam*
Crumenas illis eripiamas: deinde abeant vel in ma-
Crucem impurissimi. Brom. *Hoc ago. Nunc quò*
dignus es,
Abi scelerate. Per. *Sic exercendi sunt, qui rem de-*
coquunt.
Brom. *Qui meretrices impuras plùs amant quàm*
conjuges.
Per. *Quòd si omnes uxores, suos maritos rem malè*
Scaz. *Gerentes, ad eum tractarent modum, non tam*
Multi passim inventrentur decoctores & adulteri:
Nunc ad quævis facinora illos impunitas
Illectat. Sed satìs jam hîc remoratæ sumus diu:
Catal. *Ad urbem redeamus. Propediem supplicantes*
Aderunt famelici. Sed nihil agent: me mortuam
Malim, quàm cum tali marito vivere.
Brom. *De isthoc quid sit futurum, consilium unà*
capiemus domi.

ACT. II. SCEN. V.

Phormio, Dorio, Lesbia.

Ejusdem generis.

QVid nunc agendum nobis censes, Dorio?
Audebimũne foras egredi? Dor. *Circumspice*
Troch. 3. *Etiam sodes, anne alicubi hîc hæreant,*
Phormio. Phor. *Perii: ut etiam nunc timeo miser!*

Dor.

Dor. *Circumspicito, inquam, nè rursus ex insidiis*
Nos adoriantur harpyæ obscœnissimæ.
Me miserum! differor doloribus, membra Scaz.
Luxata sunt omnia, genuáque labant mihi.
Phor. *Mea quoq; caput totum mihi tuber reddidit*
Venefica. Les. *O viros fortes ac strenuos!*
Eho! quo pacto vobis hoc sapit jentaculum?
Phor. *Etiam rides, pessima?* Les. *Pol jam defessa sum*
Vos ridendo. Dor. *Pergis, inepta? Eia, pugnatum est* Troch.
fortiter: (sodes
Quid restat, nisi ut triumphum agatis? Dor. *Mitte*
Jocari, Lesbia: satis nos discruciat infortunium
Nostrum, etiamsi tu istud tuis dicteriis
Atque jocis non conduplices. Les. *Prô Jupiter!*
Quàm velim me non vidisse tantum dedecus, Troch.
Viros vos cædi ab uxoribus ut pueros! ô inauditam Scaz.
Infamiam, atque turpitudinem! at satis
Jam verborum est: nam me cum talibus viris
Loqui pudet. Agitè, numerate pro jentaculo.
Phor. *Eho! quid numerabimus miseri, quibus*
Adempta sunt marsupia? Les. *Quid isthuc meâ?*
Numerate, inquam. Dor. *Id quidem nihil habentibus*
Difficillimum. Les. *Isthæc verba sunt, quibus* Troch.
Nihil moveor. Scio quid agam. Hem Syra, cacabum
Hunc, atque lebetem, intrò aufer. Phor. *Hem! sicci-*
ne agis, Lesbia?
Les. *Quid ni? ubi persolveritis quod debetis, redden-*
tur protinus.
Valete. Phor. *Quid nunc agimus, Dorio?* Dor.
Nescio herculé:

Nam

Nam, cùm crumenam adimebat uxor, consilium
etiam
Omne eripiebat mihi. Phor. *Tamen inveniendum*
est remedium huic malo:
Et damnum hoc ratione aliquâ sarciendum existimo
Dor. *Nihil malim, siquidem quid tale posset inveni-*
rier.
Sed nè frustra quæras, nimis metuo miser.
Phor. *Ad uxores redeamus, culpámque fateamur*
supplices.
Dor. *Rides? egon' isti supplicabo sacrilegæ?*
Nunquam faciam. Phor. *Durum telum necessitas.*
Scazi Dor. *Suadere noli: nam pol inedià mori malim,*
Quàm dominam tam difficilem, & tam imperiosam
perpeti.
Phor. *Age, ausculta: inveni aliud, quod magis*
probes. (ti,
Dor. *Quid?* Phor. *Dicam. Nôsti, opinor, quàm mul-*
hoc præsertim tempore,
Troch. *Passim per pagos, vicósque vagentur milites,*
Nihil non impunè perpetrantes. Dor. *Illorum her-*
culè
Jam ingens ubique est copia. At quorsum isthæc?
Phor. *Milites*
Dimet. *Quoque nos esse assimulabimus:*
Atque miseros hoc prætextu spoliabimus
Troch. *Rusticos.* Dor. *Dicis probè, si pro sepulcro*
Crucem statui velimus nobis. Phor. *Vah! nihil*
Catal. 3. *Periculi est. Quasi non multò graviora ubique*
Tolerentur scelera, & flagitia: inter arma

Silent

Silent leges. Dor. *Pol vera pradicas. Sed unde nobis*
Arma, quibus & ab aliis dignoscuntur, & agricolis
Terrori esse solent milites? Phor. *Si mutuò non possu-*
Sumemus alicunde fœnore. Dor. *Hem, placet (mus,*
Consilium: itaque & hîc, & alibi tibi lubens
Obtemperavero. Phor. *Benignè dicis: sequere me.*

ACT. III. SCEN. I.

Nisa.

Ejusdem generis.

MIseram me! quàm dura, asperáq; vitæ conditio
Nobis obtigit agricolis, quibus à sceleratissimis
Nihil usquam tutum est militibus, qui sibi licere in Scaz.
nos
Quicquid lubet putant! Æquum sit, an iniquum
quod imperant,
Nihil morantur, aut vident, nihílque pensi habent:
Tum nisi protinus ad nutum illis inservias
Sacrilegis, si quid eorum, quæ impudenter exigunt,
His denegaveris, cædunt, spoliant, millégq; nos
Affligunt & cruciant modis. Næ illi admodum
Fortunati, atque felices sunt, qui hoc rerum statu
In urbibus, & intra muros vitam exigunt:
Qui portis, atque mœnibus à se arcent hoc impium
Execrabiléque hominum genus: cùm ruri apud
Nos illis pateant omnia: ubi plerunque januæ,
Fenestræq; ruinosis desunt tuguriis.
Adeò in cinerem pulverémque versa sunt (veram Troch.
Quæ possedimus omnia. Nunc quoniam quæ porta-
Ad mercatum, ova, gallinas, atque caseos, satis

Troch. 2. *Vendidì feliciter, pecuniâque*
Loculos oppletos gero: rectà domum propero.
A qua cùm abfuim diutiùs, neque maritus, neque
Troch. *Liberi, fatìs officium faciunt fuum.*
Omitto liberos, qui propter ætatem parùm
Sibi conſulunt. Sed hominem tam grandem, virum
Dico, nihil etiamnum ſapere, deſidem,
Vecordem, atque ignavum eſſe, quæ mulier ferat?
At at, neſcio quos huc procul adventantes conſpicor:
Pol milites ſunt, niſi oculi mihi proſpiciunt parùm.
Abeo, atque in pedes hinc me quantum queo.

ACT. III. SCEN. II.

Dorio, Phormio.

Ejuſdem generis verſus.

Scaz. *EHo Phormio, quo pacto nunc tibi inſtructus*
Eſſe videor haſtâ atque gladio? Phor. *Probè admodum:*
Nam, niſi qui ſis nôſſem, veteranum quendam militẽ
Troch. *Te eſſe dejerem. Sed circumſpice ſodes; ſatin'*
Mihi hic thorax, galeáque conveniant? Dor. *Pol formæ gratiâ*
Evenit, ut, quicquid indueris, te deceat maximé.
Phor. *Derides?* Dor. *Nequaquam; quod res eſt dico. Sed*
Meus hic enſis totus rubet ferrugine,
Troch. *Intra annum nec mundatum, nec deterſum eſſe dixeris.* (ſtici.
Phor. *Nihil refert: cruore eum rubere credent ru-*
Dor. *Ha, ha, ha, ſcitè herculé! Sed cætera quoq; ax me deceant, vide*

Obſecro.

Obsecro. Dor. *A capite usq; ad talos miles mihi*
Videris strenuus. Phor. *Utinam* Dimet.
Ità armati hesterno fuissèmus die,
Cùm in diversorio nos adorirentur coniuges: (fica.
Nunquam vivæ è manibus nostris evasissent vene-
Dor. *Phy, tam periissent, quàm extrema faba, quod*
dici solet.
Sed ubi prædam paratam nunc nobis fore (mihi.
Putas, Phormio? nam jamdudum stomachus latrat
Phor. *In proximo hoc vico, ibi cadaver erit, quod*
involabimus
Vultures. Dor. *Itáne arbitrare?* Phor. *Certé.* Dor. Troch.
Sed vide
Etiam nè te isthæc fallat spes: néve quis ibi sit, cui
Fucus subolcat, nósque agnoscat: atque ità fabula
Fiamus vulgi, ac risui simus omnibus.
Phor. *Non fiet: tu modò fac sis animo bono,*
Ut fortem militem decet. Sed commodè hîc
Mihi quippiam succurrit. Dor. *Quidnam isthuc est,*
Phormio?
Cedò sodes. Phor. *Hispanos nos esse assimulabimus.*
Dor. *Quid, Hispanos? cur istud, obsecro? non enim*
Intelligo. Phor. *Ut terrori simus omnibus.*
Nam nullum militum genus (stici. Dimet.
Est, quod magìs metuant, atque exhorrescant ru-
Dor. *Non illi soli per Jovem: nam nos quoque*
Quales sint, experti sumus frequenter, idque non
Sine magno nostro, ut arbitror, malo: verùm Scaz.
Quo pacto isthuc queamus, non intelligo,
Cùm linguam uterque ignoremus Hispanicam.

Scaz. Phor. *Teneo ego verba aliquot vulgaria, quæ ex*
illius Hiſpani
Sermone, quem pridem domi meæ dies
Dimet. *Complures pertuli, mihi*
Etiam nunc hærent in memoria. Dor. *Vah! ſi iſthuc*
ſatìs (*iis*
Eſſe arbitraris, age, ego quoq; quædam memini ex
Quibus meus mecum ſæpe ſolebat ſtomacharier.
Phor. *Iſthæc ſuffecerint: nam ſtupidi atque ſtolidi*
ſunt ruſtici,
Minimo illis os ſubleverimus negotio.
Dimet *Tum in vultu utrique is ineſt color,*
Ut pro Hiſpanis probemus nos facillimè.
At ſatìs hîc jam cunctati ſumus. Eamus, ac bonis
Avibus Martis experiamur aleam. Dor. *Placet.*

ACTUS III. SCENA III.

Chremes, Niſa.

Ejuſdem generis.

NÆ ego agricolarum qui vivunt ſum infelicìſſimus,
Cui nulla unquam conceditur quies, nullum otium;
Troch. *Nulla laboris intermiſſio, nulla denique*
Tranquillitas, tam gravibus curis, ac negotiis
Moleſtis diſtrahor, atque obtundor undique:
Nulli feſti; at profeſti omnes mihì ſunt dies.
Tam imperioſam habeo uxorem, támq; difficilem,
Ac moroſam. Quæ cùm ipſa dies totos domi
Deſideat otioſa, aut cum vicinis garriat,
Troch. *Non magìs parcit marito, quàm ſi aſinum illum ja-*
dicet

Mer-

Mercede conductum: adeò neq; quid imponat, neq;
Quid imperet mihi, unquam cogitat; neque
Me respicit, neque atatem meam. Nunc sunt mihi
Concinnandi lecti, nunc defricanda matula, nunc
Verrendum pavimentum, nunc convolvenda stra-
gula,
Nunc vaccæ mulgendæ, nunc lac agitandum, nunc Catal.
in agris
Aut arandum, aut fodiendum, nunc purgandum Troch.
stabulum: his
Aliisque multò pluribus Dimet.
Atque gravioribus occupationibus
Quis, obsecro, solus sufficerit? quis non Scaz.
Tanto succũbat oneri? Sed lupum eccum in fabula.
Hui! tam citò è mercatu? Væ mihi! perii miser:
Vapulabo largiter: nam nondum, quæ modò Troch. 3.
Imperabat exiens, curata sunt (agam.
Omnia. Hæc mihi restant eluenda multralia: id
Nis. *Hei miseræ mihi! genua labant, vox deficit;*
Tum ager fatiscit spiritus. Deum immortalem!
quàm ferè
Ego in istorum prædonum incideram manus!
Pedibus pol habeo magnam gratiam, qui me ex Scaz.
Tanto surripuerunt periculo. Sed ab ædibus
Nostris me non procul jam abesse gaudeo.
Atque ut hîc quoque satis tuta sim vereor misera. Troch.
Chr. *At at, quid ego illam turbatam, & metu exa-*
nimatam conspicor?
Compellabo. Hem uxor, quid sibi vult hic timor?
Aut quid expalluisti? quídve respicis

Identidem? satin' salværes? quid taces?
Nis. *Actum est.* Ch. *Quid ità? cedò sodes.* Nis. *Nostra ædepol*
In dubio vita est. Chr. *Quin dic quid sit.* Nis. *Paululúm* (*timeo, nè*
Sine ad me ut redeam. Chr. *Me miserum! quàm*
Tu nunc tristissimum mihi nuncium adferas!
At omissis ambagibus, rem paucis expedi,
Amabó. Sed quid hoc? video huc procul adventare nescio
Quos, hastis gladiísque armatos. O Juppiter,
Dimet. *Serva nos, obsecro.* Nis. *Hem, viden'?*
Scaz. *Illi me prædones per totum iter insequuti sunt*
Hactenus; & nunc nihil magìs metuo misera,
Quàm nè huc divertant, nósq; suo crucient atque affligant modo.
Quare ocyùs intrò nos recipiamus, Chreme,
Atque occludamus ostium. Chr. *Nè feceris, Nisus:*
Namque hoc pacto multò illos irritaveris magis: & fores
Perfringent, aut irrumpent per fenestras
Catal. 2. *Potiùs, quàm se sinent excludier.* Nis. *Quid ergò*
Faciendum existimas, aut quid das consilii, Chre.
Troch. 2. Chr. *Opperiamur hîc eos ante ostium,* (*me?*
Et comiter appellemus: fortasse utì
Prætereant, impetrabimus cum gratia.
Nis. *Utinam id fiat. Sed animus mihi nescio quid præsagit mali.*
Chr. *Bene ominare, res succedet opinione meliús:*
Nam spero adjuturum Deum. Tu modò fac sis animo bono.

ACTUS

ACTUS III. SCENA IIII.

Phormio, Dorio, Nisa, Chremes.

Ejusdem rationis versus.

Nunc vultus nobis est sumendus Martius,
Et non nisi castrensia proferenda verba. Troch.
Dor. *Sesquipedalia pullósq; Bellonæ decentia.*
Ph. *Tum nomina quoq; erunt mutanda nobis: nam*
Doriones, atque Phormiones inter Hispanos Scaz. 2.
Inveneris pauciſſimos. Dor. *Scio istuc, atq; ob id*
Sennores *erimus utrique. Neque alio ego te,*
Neque tu me unquam appellabis nomine.
Hic militibus Hispanis mos est: & sapiunt meâ
Quidem sententiâ, qui se metui, quàm amari
Malunt. Nam facilitas contemptum, severitas Catal. Troch.
Autoritatem parit. Phor. *Ità me Deus amet, ut*
Mihi verum videris dicere: namque eo
Pacto fiet, ut & nostra jussa rustici
Extimescant, nobisq; ad nutum suppeditent omnia: Troch.
Tum ut quidvis impunè faciamus. Nam quis eâ
Audaciâ est, licèt indignis sit exceptus modis,
Ut Hispanum audeat incusare militem? (cat suũ?
Aut id si faciat, quid, obsecro, nisi malum conduplí-
Sed jam satis hîc remorati sumus. Domum
Hanc adoriamur proximam. Quicunq; hîc habitat
rusticus,
Is primus à nobis comedetur, atque exhaurietur Catal.
Planissimé. Sed eccum eum pro foribus stantem
conspicor.
Nis. *Hem Chreme, rectà huc ad nos affectant viam.*
O nos infelicissimos! Dimet.

Nimirum consilium illud rectum est, de occludendis ædibus. (gis.

Chr. *Mitte id: nihil, inquam, juverit, imò oberit ma-*

Non sunt irritandi crabrones, quos, cùm volueris,

Scaz. *Placare nequeas. Prior ego illos compellabo. Salvete,*

Viri boni. Ph. Apero vellaco, como es taeys ayſy?

Dor. Quien es peraeys Luterano? Niſ. O *miseriam!*

Hispani sunt: crucem non aquè atque hos horresco milites.

Phor. O traydores del Rey, deſpachaos præſto.

Chr. *Actum est, perii miser.*

Dor. Que hazeis tantas bozes. Chr. *Hei mihi! etiam verberas?* (O facinus

Phor. A Luterano, trae paen blanco, y vino. Niſ.

Troch. *Indignum!* Chr. *Nostrate linguâ me, obsecro,*

Compella, Sennor: *nam neque quid loquamini,*

Neq; quid velitis intelligo. Phor. *Non?* Ch. *Non, ità*

Me Deus amet. Dor. *Credo, quia parùm placent*

Quæ loquimur, simulat se non intelligere furcifer.

Niſ. *Non pol intelligimus,* Sennores: *nam vernaculum*

Solum sermonem nos callemus agricolæ: eo utimini,

Obsecro: quicquid jusseritis, effectum dabimus protinus.

Dor. *Insterne mensam, prandiúmq; nobis appara:*

Præſto præſto, *quid cunctaris venefica?*

C. *paramus seduló: vos modò desinite stomacharier.*

Niſ. *Quicquid in ædibus est nobis, apponemus liberaliter.*

Phor.

Phor. *Hoc etiam atq; etiam cogitate, militem vobis* Scaz.
Esse excipiendum regium: quapropter nè vulgaris aut
Quotidianus apparatus sit, cavete seduló.
Eho, quid tu nobis panem atrum adfers blitea? Troch. 2.
Album apponito, eúmque recentem, nisi cerebrum
Tibi velis hîc dispergier. Dimet.
Tum petasonem, lardum, aut fumo indurata carnes nolumus.
Servate isthac vobis: nam talibus noster Scaz. 2.
Non assuevit stomachus. Nis. *Atqui nihil præter*
Illa est nobis usquam in penario. Dor. *Apage in*
Malam crucem, garrula: vinum etiam ex oppido Scaz. 2.
adferri
Nobis volumus in vesperum, idque Rhenense.
Chr. *Hui!* Phor. *Præterea armum ovillum, capum, aut leporem potiús: hæc*
Nisi maturè parata, atque probè assa fuerint
Omnia, væ vestris capitibus, atque scapulis. (ribus.
Hac conditione contenti nunc hisce erimus vulga-
Nis. *Eheu! ad restim jam nobis res rediit planissimé.*
Phor. *Quid mussitas pessima? quod præceptum est tibi*
Fac exequare protinus: etiámne respicis? (ros
Dor. *Hem furcifer, ubi sunt oculi? vidésne cantha-*
Esse vacuos? Chr. *O me miserum!* Phor. *Quid stas stipes? vola.* (cum
Probè, ut arbitror, se habent principia. Dor. *Rusti-*
Hîc nacti sumus satis opulentum, ac divitem.
Phor. *Sciebam ego istuc, & propterea te potissimùm*

Huc

Catal. *Huc deducebam.* Dor. *Feciſti probè: ſed eccum*
Accedentem ſilicernium: pol dignus eſt
Ad hunc qui tractetur modum. Chr. *Sit fauſtus, at*
Felix vobis hic potus. Dor. *Aconitum eſſe optes, ut*
arbitror, (gem
Quò his exonereris ſumptibus. Sed quid quod te ro-
Jámne ad macellum exiit uxor? Chr. *Jamdudum.*
Dor. *Abi*

Catal. *Tu, atque ex corte adfer gallinas aliquot, eáſque*
Partim elixas partim aſſas cura ſeduló.
Chr. *Ehen me infelicem! etiámne amplius? trium*
Dierum vix mihi eſt familia. Phor. *Ehem! quid*
murmuras
Maſtigia? abi inquam, niſi pavimentum hoc tuo
Velis conſpergi ſanguine. Ut incedit teſtudo! Chr.
Prô
Deum immortalem! quis me eſt infelicior?
Hos tantos ſumptus quis ferat vel ſatrapes?
Dii perdant hoc imperioſum, ſuperbum, atque intole-
rabile
Hiſpanorum genus: qui cùm domi ſunt, vix habent

Troch. *Quo ventrem exaturent famelicum, appludam vo-*
rant,
Vappam bibunt; tum nuditate horrent, ringuntúrq;
inediâ:
In his verò noſtris regionibus, haud ſecus
Ac heroes, magnatéſque coli & honorari volunt.
Noſtrates autem adeò præſe contemnunt, ut pecu-
des potiùs,
Quàm homines eſſe illos arbitrentur. Quare eos

Odi

Odi peſſimè: adeò ut ad occurſum illorum animus ſtatim
Inhorreſcat mihi. At metuo nè hìc me audiant
Querentem: gallinarium adibo, ut quod juſſerunt exequar.

ACTUS III. SCENA V.

Phormio, Dorio.

Ejuſdem generis.

O He! nunc affatim expleti ſumus, ſurgamus, &
Ambulando in veſperum exacuamus ſtomachum. Troch.
Tum viſamus quot vaccas hic ruſticus habeat in ſtabulo.
Dor. *Quin ædes perſcrutemur omnes, omnes arculas*
Scriniáque omnia; denique involemus, atque Troch. 2.
Auferamus etiam quæ uſui nobis futura ſunt.
Phor. *Quo jure?* Dor. *Bellico.* Phor. *Placet: militibus enim*
Quodcunque lubet licet; neque pol injuriâ:
Nam in rempublicam merita illorum ſunt maxima. Troch. 2.
Propulſant hoſtem, pugnant pro patriæ
Salute, pro aris ac focis, pro libertate publica.
Hi ſi quid cuipiam ademerint, ſi quem ſpoliaverint,
Aut cæciderint, ſi cui vim fecerint, Troch.
Si quid perfregerint, incuſandi, aut culpandi erunt?
Dor. *Nequaquam: nam cùm ex illis maxima percipiantur commoda,*
Adhæc levia connivendum eſt incommoda.
Phor. *Rectè dicis: ſed pergamus, quò perluſtremus ſingula.*

ACT.

ACTUS IIII. SCEN. I.

Chremes, Nisa.

Trochaici, partim catalectici, partim acatalectici.

PRô Deûm atque hominum fidem! minimè miror si homines
Insanire incipiant ex injuria.
Nis. O mores! ô flagitia! ô inauditam impiorum
Hominum audaciam, atque malitiam! Chr. O supi. (nam
Judiciorum, legúmque oscitantiam!
Per quam his nebulonibus, & scurris quidvis impu- (tatibus
nè licet.
Nis. Hei mihi! mori malim, quàm in tantis calami-
Vivere, & tam acerba perpeti. Chr. Non perpetiar
Iamb. 3. Ampliús; atque adeò animam relinquam potiùs, (molior;
quàm non hos, utì
Merentur, ulciscar mastigias: magnum est quod
Et spero adjuturum Deum.
Nis. Quid, Chreme? Chr. Vi ego illos pellendos, atq;
ex ædibus
Exturbandos censeo: quandoquidem blandiendo
Et benefaciendo, omniáque tolerando, nihil
Hactenus profecimus. Hâc non successit, rem aliâ
Iamb. Nunc experiar viâ. Nis. Mi vir, si tibi velis (lum
Consultum, sententiam muta: nè et ipse te,
Et nos omnes perdas. Chr. Non me clam est, pericu-
Hac in re esse maximum: verùm sic animum
Induxi meum, priùs me perditurum
Meam vitam, quàm hæc perpetiar diutiùs.
Tum si maximè velim ferre, facultates non sinunt.
Nam unam cœnam herì illis dedimus; quæ si iterum

Nobis

Nobis sit danda, actum siet. Ut enim alios
Sumptus omittam gravissimos, indesinenter
Sorbendo, nobis quid vini absumpserunt! Eho,
Quid futurum existimas, Nisa, si nos assiduè exe-
dant? (sentiâ,
Nis. *Durum quidem haud nego: sed levius fit pati-*
Quod mutari non potest. Chr. *Nimiùm herculè*
Improbi isti nostrâ abutuntur patientiâ;
Quam tum demum nobis profuturam existimo,
Cùm in furorem sese commutaverit.
Nis. *Laudarem animum, nisi supra vires tuas*
Esse, quod conaris, arbitrarer Chreme. Chr. *Nihil*
moror:
Si moriendum est, in tali facinore morì, mihi
Hac tam miserâ vitâ futurum est gratius. (bile.
Non fit sine periclo facinus magnum, ac memora-
Tu modò fac sis animo quieto. Nis. *Facilè possem,* Iamb.
Nisi sæpius, quantum armati valeant, experta essem
misera. Iamb. 4.
Chr. *Audendum est: nemo ignaviâ victoriam*
Est consecutus unquam. Prima coitio est acerrima:
hanc
Si sustinueris, pòst illos ut lubet ludas licebit.
Itaque hoc, quicquid periculi est, magnarum erit
Remedium ægritudinum: nam posthac incolumes
Sat scio fore nos, si semel infracto animo injuriam
A nobis propulsaverimus. Nis. *Nè Hercules*
Quidem contra duos. Chr. *Vah! quasi tibi desint*
manus. (sumpsero.
Tu fac utì colus in promptu sit, ego mihi furcam

Si

Si illis machæra; & nobis urbina est domi.
Quanquam non magnopere istorum me terret ferocitas,
Quâ tum in nos bacchantur maximè, cùm tuti post principia
Verbis belligerantur ebrii. Tum eorum est
Operæpretium audire audaciam, quando miserum
Scaz. *Et inermem agricolam, qui referire non audet,*
Maledictis lacessunt, atque verberibus.
Iamb. *At nunc faxo, ut cum rustico minimè ignavo sibi*
Rem fuisse sentiant; & superi, nisi quid me animus
Iamb. *Fallit, nostros conatus juverint. Nam qui tibi*
Nunc viri videntur, nebulones sunt ignavissimi.
Nis. *Si ist huc certum est tibi, age, parebo: tu modò, quod facto erit*
Iamb. *Opus, impera.* Chr. *Nihil quidem ampliùs, nisi ut*
Cùm tempus fuerit, te talem præbeas,
Qualem ego te expertus sum sapissime.
Nis. *Euge, rem feliciter succeßuram auguror,*
Adeò animus ad pugnam exardescit mihi.
Modò aderunt, opinor, rursus nos suis
Iamb. 2. *Adorituri maledictis, probris, ac convitiis.*
Quod si fiat, faxo se cum viragine
Congressos intelligant. Adeò ego jam ferre possum
Illorum minas, & contumelioßa verba. At
Iamb. 7. *Eccum foras utrumque prodeuntem. Tu*
Accede ad illos, ac primùm quidem experire
Si quid cum gratia impetrare queas: nam, quod cavere
Potes, stultum est admittere. Quòd si comiter

Blandé-

Blandéque loquendo nihil effeceris, nósque
Affligere, cruciare, atque verberare porrò
Pergant; memento te virum esse. Ego introeo, ut
Quæ ad pugnam opus erunt parem, reversura evesti-
gió.

ACT. IIII. SCEN. II.

Dorio, Phormio, Chremes, Nisa.

Ejusdem generis versus.

QVid istuc? itáne ad clarum dormivimus di-
em? (ternus
Multa nox meis adhuc est oculis. Phor. *Hic ve-*
Herculè est pellendus ab animo. Sed nausea
Quæ tanta stomacho? Quidnam hæc sibi vult oscita-
tio?
Extendere nunc demum nervos juvat: juvat Iamb. 4.
Ab oculis propellere somnum. Dor. *Quid, an ructas*
Hesternam crapulam? Phor. *Id quidem facio inso-*
lens: nam vel
Ad cruda concoquenda stomachus mihi valet satis:
Nec ventrem tantâ saburrâ unquam gravatum
memini, ut
A vomitu remedium quærendum fuerit mihi:
Quod nè nunc contingat periculum pol maximum est Iamb.
Dor. *Nihil herculè mirum, qui herì tantum cibi*
Deglutiveris, tot cyathos exorbueris.
Phor. *Te quoque nihil unquam vidi edacius, aut bi-* Iamb. 2.
bacius
Quicquam. Dor. *Certè aliàs non soleo esse parcior,*
Aut abstemius: verùm nunquam antè, quod sciam,
Cœnavi unctiùs, nunquam prolixiús.

Phor.

Phor. *Sic indulgere juvat genio.* Dor. *Sic curanda*
est cuticula. (me
Chr. *Mortuum ego me malim, quàm hoc vobis de*
Contingat sæpius. Phor. *Iö Liber pater!*
Dor. *Iö Ceres! quis nobis fortunatior?*
Iamb. Chr. *Dii vestris sceleribus dignum vobis reddant*
præmium.
Nis. *Chreme, in promptu sunt quæ parari jusseras.*
Chr. *Bene feci sti.* Phor. *At eccum furciferum cum*
conjuge!
Vellaco Luterano. Dor. Ennemigo de Dios.
Chr. *Blanda herculè atque amica salutatio.* Phor.
Quid nunsit as scelus?
Chr. *Vos hîc demirabar tam manè, qui herì* (tur,
Tantum biberatis. Dor. *An tibi id nimium videba-*
Sacrilege? An nos vento, aereque victitare
Iamb. *Credideras?* Chr. *Non profectò: sed tantos tamen*
Heluones ac tantos gulones esse vos
Nunquam existimaveram. Phor. *Vah! tun' nu*
heluones (mus,
Appellabis, mastigia? Nis. *Quales vos deprehendi-*
Tali honestamus nomine. Nos agricolæ rudes,
Atque simplices, scapham scapham, ligonem
Iamb. 4. *Ligonem dicimus.* Dor. *Etiam sententias*
Loqueris, garrula? Phor. *Quid istuc? tun' in tam*
gravi
Delicto isti impudenti, atque temerario
Audes patrocinarier? Nis. *Quod tu mihi*
Objectas patrocinium? an non maximo
Nostro incommodo, gravissimisque impendiis

Vo

Vos tales heri per totum pertulimus diem?
Phor. *Eho venefica, ego pol tibi, nisi taces,*
Istam linguam præcidam impurissimam. (um. Iamb.
Abi ad macellum, emptura quæ appares in prandi-
Chr. *Hui! Etiam prandere hîc statuistis? itineri ego*
(vos
Accinctos putabam. Dor. *Ha, ha, he! totâ erras viâ:*
Neque hodie, neque cras, neque perendino hinc dis-
cedimus (me
Die. Quare absq; mora ad urbem te confer, ibíq; e-
Quæ parato opus erunt, atque vide nè quid desit, nisi
Vapulare mavis, sceleratissima. Chr. *Ex*
Cœna hesterna non pauca supersunt: ea
Vobis toto hoc sufficient die. Phor. *Servate vobis,*
Liberisque vestris frusta illa, atque reliquias:
Nos recentia, integráque volumus. Chr. *Recentia?*
Dor. *Recentia, inquam, atq; integra: quoties idem* Iamb. 2.
Dicendum erit, trifurcifer? Chr. *Pecuniam*
Igitur numerate, quâ emantur recentia.
Phor. *Pecuniam? hem tibi mastigia.* Dor. *Accipe,* Iamb.
Sacrilega. Chr. *Etiam verberare audetis, pessimi?*
Hem uxor, ad arma, ad arma: insonuit buccina.
Nis. *In me nihil erit moræ.* Phor. *Etiam referire pa-*
ratis,
Audacissimi? huc, si quid lubet. Non, herculè,
Vivi è manibus nostris evadetis hodie. Chr. *Siccine*
Ais, canis? Phor. *Eho populares, succurrite,* Iamb.
Atque auxilium ferte miseris. Nis. *Hem Chreme,*
virum (mus.
Te jrabe. Dor. *Væ mihi!* Phor. *Interimor infelicissi-*

Chr. *Sic, sic vobis apparamus integra.*

Iamb. Nis. *Sic mercamur recentia.* Chr. *Eho Nisa, vid*
Nè istum elabi sinas scelus. Ego huic spiritum
Intercluſero. Nis. *Vapula, impurissime.*
Dor. *Perii miser.* Phor. *Interii.* Nis. *Quo pacto*
hæc vobis placent (*mihi!*
Cupedia? Chr. *Quomodo hoc villi sapit?* Dor. *Hei*
Etiam illuditis? Ch. *Hem Nisa, arma illis eripiamus*
Atque ex ædibus exturbemus sceleratissimos.
Nis. *Non pol vivi ejicientur hodie, sed efferentur*
Mortui. Dor. *Misereat vos nostrî obsecro.*

Iamb. 2. Ch. *Apagite, apagite.* Ni. *Indigni qui vivant ta-*
men.
Chr. *O fortes atque strenuos*
Milites! Nis. *O insuperabilem ferociam!*
Chr. *Eia, pugnâstis fortiter. Egregiam pol laudem*
& spolia
Ad commilitones referetis magnificentissima.

Iamb. Phor. *Fugiamus, fugiamus, dum evadendi datur*
Copia.——

ACT. IIII. SCEN. III.

Chremes, Nisa.

Iambici senarii, & septenarii, admistis paucis octonariis.

——*Jámne abierunt, Nisa?* Nis. *An abierint*
rogas?
Imò simulac elabendi facultas
Dabatur, non secùs se conjiciebant in pedes
Homines timidissimi, quàm lepores aut damæ aufu-
gere solent,

Conspectis

Conſpectis canibus venatoriis. Chr. *Non hercule* Scaz.
Reverſuros illos credo propediem. Niſ. *Sic, ſic*
Exercendum eſt ſceleratum hoc militum genus.
Quòd ſi omnes à ſe injuriam & violentiam
Ad hunc propulſarent modum, haud pol quoſlibet
Tantâ audaciâ, támq; intrepidè paſſim laceſſerent, Troch.
Deſpoliarent, atque cruciarent improbi.
Sed hoc quis eventurum credidiſſet, Chreme? viros
Longâ militiâ præliiſq; frequentibus
Exercitatos, præterea Hiſpanos, qui bellicâ
Virtute cæteris præſtare dicuntur, Scaz. 3.
Tam meticuloſos, ignavos, & imbelles
Eſſe, ut quidvis potiùs eos, quàm milites eſſe
Putes? Chr. *Prodigii, ità me Deus amet, ſimile, nec*
Quidnam ipſis acciderit, divinare aut ſuſpicari Troch. 2.
Poſſum, niſi aliquam Nemeſin, vel conſcientiam
Sibi multorum ſcelerum malè conſciam, animum eis
Labefactâſſe penitus: ut cùm ſuperiores
Facilè eſſe poſſent, mente tamen conſternati neq;
Referire, neque ſe valuerint tuerier.
Niſ. *Mirum ni tale quid fuerit, Chreme: nam poſt-*
quam minis
Cœlum antè territabant, nihílque non ferociter,
Atque animoſè loquerentur, cùm ad pugnam eſt
ventum, arma illis ſtatim
E manibus excidebant quaſi pueris. Chr. *Pol vera*
ſunt
Quæ dicis, Niſa: ſed cur non iſtud potiùs
Noſtræ audaciæ animóque forti aſcribimus?
Quæ & inferioribus non rarò pepererunt victoriam.

Troch. *Semper in conflictu maximum periculum est iis,*
Catal. *Qui maximè timent: confidentia pro muro habetur,*
Tum desperatio etiam timidos strenuos facit.
Troch. *Nam mori pol maluissem, quàm illos perpeti*
Diutiùs. Nis. *Et ego quidem: sed nunc quia*
Hoc prælium nobis ex animi successit sententia,
Eamus, atque triumphum agamus intus. Chr. *Ità certè decet.*

ACT. V. SCEN. I.

Dorio, Phormio.

Trochaici, partim catalectici, partim acatalectici.

Quid nunc consilii capiemus, Phormio,
Aut quo pacto tantum dedecus celabimus?
Iamb. Phor. *Pol neq; quid dicam, neq; quò me recipiam,*
neque quid agam scio.
Nam ad restim jam nobis res redüt planissimé.
Dor. *Nil mehercule aliud restare video, deligenda*
Dimet. *Nunc arbor est suspendio.*
Phor. *Utinam hîc aliquid esset, quò me præcipitem darem:*
Nam vitæ jamdudum me tædet meæ.
Dor. *Neque ego quicquam malim, quàm in hac re defungier:*
Adeò totus displiceo mihi. Phor. *Vah! crucior,*
Iamb. 2. *Bolum tantum tam subitò nobis ereptum esse è fau-*
cibus. (quibus
Dor. *Quartâ herculè lunâ nos natos esse arbitror,*
Tot calamitates, ac tanta veniunt infortunia.
Phor. *Quartâne an quintâ lunâ nati simus, equi-*
dem nescio:

Hoc

Hoc certè scio, nos natos esse ad verbera.
Nam superioribus diebus ab uxoribus
Multùm diúque pulsati, vix semivivi ex earum
Evadebamus manibus: nunc iterum à rusticis
Cæsi usque ad necem, ægrè membra trahimus miseri:
Dor. *A rusticis,*
Ais? imò unus nos ad hunc exercuit modum,
A sola uxore adjutus. Vah! meritò me nunc nostra pudet
Ignavia. Phor. *Ego pol magno impetu frequentes*
Rusticorum turmas irruere in nos arbitrabar:
Hinc me subitus timor invadebat. Nam nisi Iamb.
Id putâssem, continuò caput isti dissecuissem
Sacrilego: tum autem veneficam istam (vah!) quibus
Excarnificâssem modis? Dor. *Frustra nunc isthæc fabulare*
Mihi, postquam tu nulla omnino verbera
Propellens, aut avertens, & nè semel quidem
Referire audens, usque corpus verberandum præbueris:
Et prior, simulac liceret, fugeris
Protinus. Phor. *Confiteor, Dorio: quanquam tu quoque*
Statim fugisses, nisi cervice prehensum, atque vi Iamb.
Prostratum in terram te resupinâsset rusticus.
Phor. *Non inficior: nam continuò cor, quod aiunt,*
In genua mihi concidebat, qui aliàs esse soleo
Intrepidus. Credo ultricem aliquam nobis ab inferis Iamb. 4.
Fuisse immissam furiam, quæ incusso repentino
Terrore nostram retuderit lasciviam,

Atque petulantiam: quæ jam omnem excedebant
modum. Dor. *Id fuit*
Per Jovem. Sed ista mittamus, quandoquidem
Quod factum est, infectum reddi non potest. Quin
potiùs (*siet.*
Iamb. *Consilium capiamus, quid posthac nobis faciendum*
Phor. *Neque pol consilium habeo, neque auxilii co-*
piam.
Iamb. 5. *Actum est; nil restat, nisi ut inedîâ pereamus*
miseri.
Dor. *Durissimum id quidem mortis genus: quare*
Quidvis malim & facere & pati, quàm vitam in
Tantis finire calamitatibus. Phor. *Et mihi quoque*
Onus quantumvis maximum imponi sinam,
Siquidem istud effugere liceat infortunium.
Dor. *Hei mihi! nunc cupiam esse frugi, atque opere*
exercendo
Totos defatigari dies, nisi (*pes*
Frustra id cupiam infelix. Phor. *Ah! quis nos ino-*
Iamb. 2. *Tecto dignabitur? quis ventrem saturabit famelicum?*
Nam postliminio ad uxores revertendi nullam hercule
Spem nobis superesse conspicio. Dor. *Et tamen nisi*
Illæ recipiant, actum est, periimus funditus,
Cùm nè unus quidem obolus in loculis nobis sit reliquus.
Phor. *Quàm velim nobis esse precatorem, aut patronum aliquem,*
Iamb. 6. *Qui blandè, ac commodè loquendo illis animum*
Emolliat,

Emolliat, & nos reſtituat in gratiam!
Dor. *Quin ipſi potiùs ad illas accedamus, & veniam*
Precemur ſupplices: nam ſi ignoto cuipiam
Hanc delegaverimus provinciam, periculum
Erit, nè, ſi ille rem evulgârit, fabula
Fiamus vulgi, paſſimq; traducamur, atque
Illudamur ab omnibus. Phor. *Non improbarem*
Conſilium tuum, ſi auſim experirier.
Sed quâ fronte, obſecro, iſthuc tentabimus?
Dor. *Perfricanda frons eſt, & pudor omnis eſt*
Abjiciendus egentibus: exorabiles
Faciléſque illas fore confido: nam fœminæ Iamb.
Quemadmodum leves ob cauſas ſæpe ad iracundiam
Provocantur, ità ſi quis modò paululùm
Blandiatur, deliniuntur ac placantur facilé. (dem
Phor. *Age, age, mos gerendus eſt tibi, quandoqui-*
Eò nos compellit neceſſitas: cui (que Iamb.
Si quis conetur reſiſtere, actum agat: cùm Dii quo-
Huic dicantur cedere. Dor. *Rectà igitur eas ac-*
cedamus: at
Neſcio quas iſthîc procul ſtantes video: hem, mane.

ACTUS V. SCENA II.

Perilla, Bromia.

Ejuſdem rationis verſus.

Est ut dicis Bromia, pro graviſſimo mariti
Crimine paululum ſupplicii uxori debet eſſe
Satis. nunc verò noſtrâ auſteritate ac ſævitiâ Iamb. 3.
Ità illos hinc alienatos video, ut reditum ſibi
Ad nos non audeant ſperare. Bro. *Non injuriâ,*
Nam nimis pol duriter, neque ut uxores decebat,

Nos illos tractabamus, Perilla. Per. *Verum*
Dicis: nostrâ culpâ hæc turba, atque abitio
Evênit: Quapropter si contingat nunc meum
Iamb. 4. *Redire, & si frugi se in posterum fore*
Promittat, næ ego libenter illum reciperem.
Bro. *Ego idem quoque mihi faciendum arbitrarer: nec*
Id pol eò quòd non facilè vel perpetuò, si opus
Sit, carere illo possem: sed quòd communes me movent
Liberi, quibus alendis ego me imparem esse sentio.
Tum molesta, injucunda, atque tristis est
Solitudo. Per. *Eadem me cura torquet, Bromia.*
Nam ni id esset, nunquam me exoraret quispiam,
Iamb. *Quin perpetuò sola esse malim, quàm tam multa apud virum*
Perpeti. Bro. *Nè, quæso, isthæc tam iniquo animo feramus,*
Perilla: quasi alii nihil unquam faciant mariti
Quod displiceat uxoribus: aut quia nos non delinquimus
Fœminæ. Sed quosnam, quæso, eos dicam esse, quos procul (bus
Hinc consistentes video? Per. *Viri nostri sunt, de qui*
Loquimur, Bromia. Bro. *Pol eos esse auguror,*
Adeò ad occursum illorum mihi commovetur
Animus. Per. *Ii sunt ipsi: procedamus illis obviàm,*
Iamb. 8. *Atque excipiamus comiter. Non licet hominem*
Sæpe esse ut vult, si res non sinit: ità tempus est
Nunc, ut mihi virum restitui gaudeam,

Nuper

Nuper nihil minús. Brom. *Mane, mane, isthoc pacto in ipsos,*
Atque in nos pessimè consuluerimus, si tam
Leni, atque victo animo nos esse ostenderimus.
Per. *Quî sic? cedó: non enim intelligo.* Brom. *Non? at faxo ut*
Intelligas. In nequitiam citò relabentur pristinam,
Si nos cupidas esse sui intellexerint.
Per. *Quid igitur faciendum censes, Bromia?* (*mus*
Brom. *Subsistamus hîc, atque ultro illos ad nos sina-*
Accedere. Ac primùm quidem quanquam orant atque supplicant, Iamb. 3.
Tamen vultu ad severitatem composito,
Simulemus nos illos recipere nolle; tandem
Cùm obsecrandi finem non faciunt, quasi
Precibus victæ, ægrè culpam illis ignoscemus, atque
Recipiemus in gratiam, ità firmiùs
Illos alligaverimus: neque iterum audebunt, quod semel
Experti sibi cessisse sciunt infeliciter.
Per. *Consulis probé: atque ob id tibi lubens paruero.*

ACTUS V. SCEN. III.

Phormio, Dorio.

Ejusdem rationis versus.

HEm Dorio, nisi quid mihi hallucinantur
Oculi, uxores istæ sunt nostræ quas hinc procul
Colloquentes vidimus hactenus. Dor. *Sunt? herculè*
Sunt. Animus mihi pol tremit formidine,
Adeò nè quid nobis iterum malefaciant, metuo miser. Iamb.

Phor.

Phor. *Et mihi hercle pavore totum corpus inhorruit.*

Abeamus Dorio, nam in illarum conspectum ego
Prodire ausim neutiquam. Dor. *Eho, quò fugis*
Stulte? resiste. Phor. *Non ausim: nam nimis ego à mea*
Iamb. 2. *Mihi timeo infelix.* Dor. *Resiste, inquam.* Phor. *Nihil agis.*
Dor. *Nullam ego nobis aliam viam ad salutem esse video.*
Audendum est. Phor. *Vide, obsecro, quid agas.*
Dor. *Nimirum quod ipsa res,*
Tempúsque hoc postulat, id ago, Phormio. Phor. *Nondum satis*
Illarum videre perspexisse contumaciam.
Dor. *Ah! non desines? neque unquam auscultabis mihi?*
Iamb. 4. Phor. *Libenter auscultavero,*
Si modò quæ ex usu sunt futura consulis. Dor. *Quasi*
Isthîc minùs mea res agatur quàm tua: & quasi
Ullum aliud præter hoc nunc nobis restet confugium
Quòd si tu quid melius invenire queas, quo
Nobis prospiciamus, vitámque tueamur ab inedia,
Age, profer, parebo lubens. Sed si nusquam alia
Nobis supersit spes, si ubique excludimur,
Iamb. *Si invisi atque exosi passim sumus omnibus;*
Quid aliud, quàm quod necessitas nos facere cogit,
Faciemus miseri? Phor. *Miseri profectò, utcunque res*
Cesserit; novi ego meam, quàm difficilis, superba,

More-

Morosa, ac contumax sit: tum quàm durum, atque Iamb. 2.
molestum mihi
Fuerit hactenus, illius intolerabile
Imperium pati. Dor. *Jugum ego quoque me scio*
Suscepturum minimè amabile: sed quid facias? è
duobus
Malis, cùm utrumque declinari non potest, Iamb.
Quod minus leviúsque est, eligendum censeo.
Phor. *Dicis pol sapienter, atque ideo morem geram*
tibi.
Dor. *Bene facis, laudo. Nunc igitur absque ulla*
mora
Ad eas accedamus, dum solæ sunt, dúmque occasio
Offertur: nam in tempore venire, omnium
Rerum solet esse primum———

ACTUS V. SCENA IIII.

Bromia, Perilla, Dorio, Phormio.

Iambici senarii & septenarii, admistis aliquot octonariis.

———Viden' eos, Perilla,
Accedentes propiús? Per. *Oh, video Bromia,*
Et gaudeo. Brom. *Hem, serva; tristis severitas*
Sit in vultu. Per. *Teneo.* Brom. *Tum in verbis*
gravitas atque constantia.
Per. *Memorem monuisse te dices.* Brom. *Toti pal-*
lent metu,
Terrámque prospectant identidem. Per. *Ut res se* Scaz.
Nobis dant, ità humiles, atque elati sumus:
His nemo fuit magìs animosus quisquam, aut intre-
pidus magis:
Nunc autem egestate, atque extremâ rerum inopiâ

Per-

Perculsi, quàm submissi ac parvi animi sunt! quàm
timent

Scaz. 3. *Omnia, adeò ut non cognoscas eosdem esse!*
Brom. *Mirum ni frugi posthac sint futuri, si*
Quidem reipsa jam deprehenderunt satìs, quid sit
Apud alienos atque ignotos vivere.
Dor. *Sequere me, Phormio. Ego prior illas adoriar.*
Troch. Phor. *Præpudore, ità me Deus amet, vix caput*
Attollere audeo. Dor. *Abjiciendus est pudor*
Inutilis. Sed heus, orationi fac subservias:
Ut si quid fortè ego defecero, tu succurras. Phor.
Dabo
Catal. *Operam.* Brom. *Perilla, accedunt; simulemus nos*
velle abire:
Sequentur atque revocabunt nos, sat scio. (*Quasi*
Dor. *Ehem, siccine maritos fugitis, uxores?* Brom.
Non prævideris, ad illos respice. Quis est qui nos?
Hem, hiccine
Catal. *Eratis, perditi?* Per. *Itáne in conspectum nostrum*
venire (*scite*
Audetis, impurissimi? Dor. *Hanc unam nobis igno-*
Troch. *Culpam: si aliam unquam admiserimus ullam, oc-*
cidite.
Phor. *Misereat vos nostrî, obsecro.* Per. *Abite quò*
digni estis, furciferi.
Brom. *Satìs diu verba dedistis nobis, apagite.*
Dor. *Quod est peccatum, corrigemus seduló.*
Brom. *Nempe ut soletis.* Dor. *Certè mea Bromia.*
Brom. *Non audio.*
Scio egò quàm non sit tutum vobis credere.

Per.

Per. *Vetus dictum est: DECipienti semel me Dii*
faxint bene:
Dii faxint malè, si bis idem deceperit.
Phor. *Eia, sine te exorem, meum suavium.*
Dor. *Da veniam, obsecro, mea voluptas unica.*
Brom. *Ut nunc blandiuntur sceleratissimi!* Troch. 2
Per. *Ut adulantur impostores! Verùm talibus*
Non facilè pol nos circumvenietis fallaciis.
Dor. *Eheu nos miseros!* Brom. *Neque lacrymis,*
neque querimoniis,
Neque precibus vestris fidem habemus: itaque nihil
Agitis, si his nos flecti posse cogitatis. Troch.
Qui dum quod vobis vultis, oratis, boni, atque sup-
plices
Estis: verùm simulac isthuc impetraveritis
Continuò ex supplicibus in contumaces, ex bonis
In pessimos mutamini. Dor. *Non pol fiet, meum*
Corculum: obsequentes vobis nos posthac erimus Troch.
Per omnia. Phor. *Quicquid jusseritis, effectum da-*
bimus protinus.
Dor. *Commoveant vos, quæso, communes liberi.*
Phor. *Moveat tempus illud, quo voluptati* Troch. 5
Vobis aliquando fuimus. Per. *Quid isthuc? video,*
Bromia,
Nobis non licere, uti cœperamus, hoc pertendere:
hac
Conditione vos nunc recipiemus in
Gratiam, si feceritis quæ vos facere
Æquum est. Dor. *Faciemus omnia: imperate.*
Brom. *Ego*

Vobis

Troch. *Vobis leges, quibus erit parendum, recitabo: (Hi*
Auscultate, atque animum advertite seduló. Pho
Sumus. Brom. *Principio, nè unquam posthac in*
jussu nostro foras
Pedem efferatis. Dor. *Hem placet.* Brom. *Nul*
lum ingrediamini
Troch. 2. *Diversorium.* Phor. *Ratum esto.* Brom. *Fes*
autem die,
Cùm ab opere vacandum erit, usquè domi des
tis:
Nobis verò exire quò lubeat, jus, atque æquum est
Dor. *Age,*
Nihil refragamur. Brom. *Tum ut pecuniæ, rei*
Troch. *Familiaris, atque facultatum omnium*
Penes nos administratio sit, & custodia.
Dor. *Isthuc quanquam durum, concedimus tame*
Nisi quid dissentis, Phormio. Phor. *Agedum, pl*
Brom. *Postremò, objurgati, & pulsati etiam, s*
enter feratis,
Omnisque vobis mussitanda sit injuria.
Phor. *Hui! iniquum id quidem.* Per. *Iniquum? he*
ut lubet; nihil
Moramur. Dor. *Mea Perilla, quiesce: faciem*
pol omnia.
Per. *Nihil etiam audio ipsum.* Phor. *Perii.* P
Hem, quid taces? Phor. *Age,*
Assentior; siquidem huc me compellit necessitas,
Troch. *Durum, ut aiunt, telum.* Brom. *Jovem igitur la*
dem jurate, vos
Hæc religiosè servaturos omnia.

Per. *Jura[illegible]us: firma atque inviolata sunto.* Brom. *Nil[illegible]*

Dimum rectà hinc concedite, Dimet.

E ad opus vos conferte: nos sequemur protinus.

Per. *A nobis exemplum petite mulierculæ,*

Quæ ignavos, aut decoctores habetis Catal.

Maritos: & quo pacto emendandi sint discite.

Sic tandem ludicra hæc spectâsse proderit

[illegible]. Brom. *Nihil est quòd expectetis ampliũs:*

[illegible], & transacta jam sunt omnia: nos maritos Catal.

sequimur. Valete, &, si placuimus, PLAUDITE.

FINIS.

Henry Dem
his Book c
1656.

For th